



ERVDIT

viri Magistri Antonij Coronel Scotiensis in
 posteriora Aristotelis commentariis perpulchris
 characteribus impressare diligenter
 addita et nuperrime per eundem stantiam capi-
 tuloꝝ tabula quo facilius que
 tibi occurrat: eam in huius operis
 exordio positam videbis.



17



ERVDITI

vir Magistri Antonij Coronel Scobiensis in
 posteriora Aristotelis commentaria per pulchris
 characteribus impressa: et diligenter emendata.
 Ad dita est superrime per breui omnium capi-
 tuloꝝ tabula quo facilius que scire volueris
 tibi occurrat: eam studiose lectoꝝ in huius operis
 exordiopositam videbis.

In dño



confido.

1 5 2 8



Antonius coronel francisco fernando Coronel: tum literis ac animi generositate: tum rei militaris disciplina ornatissimo fratri suo amantissimo. S. P. D.



Orient agricole debiles plantas ad fortes arbores (vt inde aspermentu & contra horriferos ventorum flatus tutelam captant) alligare. Superiorib⁹ annis quicqd ex meo emanaret ingenio ad te dirigere decreueram celeberrime frater. Non vt a tua liberalitate mee vite sustentaculum traherem quum tua benivolentia & paternam pietate a multis annoz curricula id teletnas & sustentare non cessas sed potius vt mee lucubraciones multoz flatus & mordacis vulgi linorem famelicam transfuolarent. Sunt tamen complures qui recto flamine instar venti borealis sufflant. hi sine argutis coponunt. ceterosq impugnant vt veritas elucescat qui verer dignis laudibus illustrandi sunt cu eoz rationibus vndiq fugatis nubibus anra serenitate gaudeat sunt & alij obliqua (vt ita loquar) lingua pungeutes & admodum sinistri austri rostruote & resere nubes accumulando perslar. Et hi sunt quilibet tenaci vel vt suis tantum adhercant opinionibus quancasq positione impugnant d'assumit prouincia quib⁹ te exoro vt nostram immune lucubracionem lam ob nobiles na in eos & eoz similes illud tritu camur tinor edar hoc parit infanabile vultus meos ergo labores emulis obreuebia. quoz vigores vltiq volant iuxta illud inuidie fallar regnat vbiq; modus. A quatuor autem annis hanc expositione supra Aristotelis posteriora aliquibus inferis quibus compositi qua postea anno elapso cu apud motis acuit gymnasium Parisius Aristotelis logicam interpretarer. visitanti & meliore qua potui iminerna. amo viribus exrenis secundu meas nocetes infirmitates & cotinuos morbos limani. Et vltimae dignitati dico qua leto aspectu & vultu pacato ilectitate digneris. Et tibi magister Ludouicus Coronel nobis fere alter bachalarius theologie formatus & forbonie⁹ focus se commendanti h⁹. Et fabriciu saluberrimu medicum doctorē omniq literaru genere referu meo noie salutes. Et hanc expono oro accipe. Qua tibi suprema cordis ab arce datus. Exarata Parisius. xiiii. Aprilis Anno dñi. M. cccc. r.

¶ Tale sintq; tibi secula uelocera.

¶ Tabula huius excellentis operis in qua capituloz quoruq; exordia quo inuentu faciliora sint posita videbis.

Capitulum primum libri posterioru cuius exordium est. Omnis doctrina &c. folio. ij.
 Capitulum secundu cuius exordium est. Scire aut &c. fo. xxxv.
 Capitulum tertiu cuius exordium est. Quibus scia aut &c. fo. lii.
 Capitulum quartu cuius exordiu est. Quam aut impossibile &c. fo. lxx.
 Capitulum quintu cuius exordiu est. Opz autē nō latere &c. fo. lxxij.
 Capitulum sextum cuius exordium est. Si igit &c. fo. lxxiij.
 Capitulum septimum cuius exordium est. Quam aut &c. fo. lxxvij.
 Capitulum octauu cuius exordiu &c. Sed demonstratio &c. fo. lxxxiij.
 Capitulum nonum cuius exordiu est. Contingere autē &c. fo. lxxxij.
 Capitulum decimu cuius exordium est. Si autē idem &c. fo. lxxxv.
 Capitulum vndecimu cui⁹ exordiu est. Sed qz differt. &c. fo. lxxxvij.
 Capitulum duodecimum & vltimum cuius exordium est. Scibile autem &c. folio. cvij.

Lib. Posterioru. Capitulum primum Fo. ij.

¶ Sequitur textus.



Omni doctrinae omnis disciplina itellectua et per se fit cognitio manifestum aut hoc

speculatio in oēs Mathematicae em sciētie p hūc modū sunt & alia nō vnaq; artiu. Silt autē & circa rōnes q per sillogismos & q per inductionē vt res em pprius nota factū doctrinam. he quidē accipiētes tanq; a notis: ille vero demonstrantes vniuersale per id qd manifestū est singulare. Similiter autem & rhetorice persuadent: aut enim per exempla: quod est inductione: aut per enthimemata: qd vere est sillogismus. Dupliciter autē est notariū precognoscere qd alia nō sunt: prius opinari necesse est alia vero quid est quod dicitur intelligere oportet. quedam autē vtraq; ut qm quidem omne aut affirmare: aut negare verum est qz est triangulu aut quoniā hoc significat quid. sed vnitates vtraz & qd significat quidem: qz est. nō enim similiter horum vnu quodq; manifestum est nobis. Est autem cognoscere alia quidē prius cognoscere: quorūdam autem simul accipere notitiam. vt quecumq; cōtingunt esse sub vniuersalib⁹ quorum habent cognitionem. Quod em triangulu habeat tres angulos duob⁹ rectis equales psciuit. qv

ro hic q est in semicirculo triangulus sit simul inducens cognouit. Quorūdam em hoc mo disciplina est & nō per mediū vltimū cognoscitur: vt quecūq; iam singulariuz cōtingunt esse & nō de subiecto aliquo. Anteq; autē sit inducere autē accipere sillogismū quodā quidē modo fortasse dicendum est scire: modo autē alioquin qd enim nesciuit si est simpliciter hoc quodam nō sciuit & qd duos habet rectos simpliciter: sed manifestū est q sic quidē scit simpliciter autē nō scit. Si vero nō menonis ambiguitas cōtingit aut enim nihil dicit: aut que nouit. Non enim sicut quidā conant soluere dicendū est. nūqd sciuit omne dualitatē qm par est aut nō dicēte aut attulerat quādā dualitatē quā nō opinat⁹ esse. Soluuntē dicētes nō cognoscere oēm dualitatē parē esse sed quā sciuit q dualitas scit. Et etiā sciūt quidē cuius vere demonstrationē habent & cuius acceperūt: acceperunt autē nō de omni cuius vtiq; sciunt q triangulus aut numerus sit sed simpliciter de oī numero et triangulo. Itēq; em vna propositio accipitur huius q quem tu nō sti numerū aut quē tu nosti rectas lineam: sed de omni. Sed nihil vt opinor prohibet quoniā est quod addiscit sic scire. sic est autē ignorare incōueniens enim nō est si sit quodam modo qd addiscit sed si hoc inō vt inq; tum addiscit & scit.

¶ Notandū est primo q titulus huius libri talis est liber posterior. analectico- rum id est resolutio Aristotelis pzo

curis intelligentia aduerte. q. resolueret
 duobus modis accipitur p[ri]mo in^{ter}feron^{te}
 sicut: secundo p[ri]mo in^{ter}feron^{te} sicut dupli
 citer coisct & p[ro]prie. coisct. id est q. si
 quid in suas partes integrantes essentia
 les sine quantitatis diuidere qd sit qn
 partes ab inuicē separant quō modo ce
 pit Aristoteles in primo p[ri]mo qn dicit
 terminus est in q. resoluit p[ro]positio p[ri]mo
 capiēdo idē q. aliqd iⁿ suas p[ar]tes eⁿsi^{ti}ales
 diuidere qd sit qn tota separata a mate
 ria. sine p[ri]mo illa separationē forma; maneat
 sicut i corruptioe hois sine n sicut i corru
 ptioe alteri? substantie corporee: & isto mō
 capiūt philosophi terminum qn querūt.
 An in corruptioe hois fiat resolutio vsq;
 ad materia p[ri]mā nullo istoz modoz capi
 pit p[ro]positio. Alio mō accipit sede sitērio
 maliter vt idē est q. aliqua p[ro]positionem
 probare p[er] sua p[ri]ncipia & p[er] suas causas
 & isto mō capitur in p[ro]posito. p[ro]p[ri]o quo
 terū aduerte q. aristoteles in libris p[ri]o
 r[um] tractauit de p[ri]ori resolutioe: q. ibi po
 suit regulas & p[ri]ncipia p[er] que possunt
 probare cōsequētia aliqua eē sillogismi.
 In p[ri]or resolutio nō est aliud: q. p[er] p[ri]n
 cipia & causas probare p[ri]mā esse sillogi
 sticā. posterior resolutio idē est q. proba
 re p[ro]positionē esse verā & necessariā p[er]
 p[ri]ncipia & causas eius & q. Aristoteles
 in libris posteriorū tradit nobis modū &
 regulas ad cōstruendū p[re]missas que se
 habēt vt cause & p[ri]ncipia respectu p[ro]
 positiois necessarie. Ideo liber iste dicit
 posterioris resolutiois. Nā nunq[ue] expe
 ritate astitit sequit[ur] veritas p[ro]p[ri]etas nisi
 p[ri]mā sit bona. Ideo ad hoc q. ex veritate
 necessitate antecedētis habeat veritas
 necessitas p[ri]mā p[ro]p[ri]etas bonitas p[ri]mā.
 Et ideo doctrina que docet probare boni
 tatem p[ri]mā dicitur de p[ri]ori resolutioe.
 Et illa q. docet probare veritatē & necessi
 tatem p[ri]mā dicit[ur] de posteriori resolutio
 ne. Et hec sufficiat p[er] declaratione tituli.

Secundo notandum est q. vt dicit
 Aristoteles in secundo est. electio nō
 est impossibiliū pro quo aduerte q. vt dicit
 ipsemet philosophus in eodē libro elec
 tio est circa media ad fines. verbi causa
 fortis vult beatitudine credit q. p[er] con
 sequi beatitudine: vel ingrediēdo religio
 nem: vel studendo in theologia ipse tamē

vult ingredi religionē vt cōsequatur be
 titudinem talis religio dicitur electio.
 Et vult dicere philosophus q. nullo mō
 cit aliquid ad consequēdū aliud qd cre
 dit esse impossibile consequi. Ideo cū
 aristoteles tractet iⁿ isto libro de demonstra
 tioe qua acquirūt scia vult probare q. pos
 sumus acquirere scientias dicens. q. via
 doctrina & omnis disciplina intellectua
 sit ex p[re]cēssenti cognitione.

Tertio notandū est q. aliquis pos
 set dubitare Aristotele frustra velle p[ro]
 re scientiā acquiri in nobis cū experientia
 cognoscim[us] multa cognoscere q. ne
 bis prius erāt in cognita. Ideo aduerte
 dū est duplicē fuisse philosophoz sectam
 sicut ceteras philosophoz famulas
 sicut quoz p[ri]ncipales fuerūt locates
 & elencip[us] hū aliterbant passioes non
 dere in virum sapientem & cū hoc nihil
 esse certum nihil posse sciri.

Contra quos arguit Augustinus octa
 uo de ciuitate dei dicens iā eē certū
 eē certū & iā eē scitū nihil esse scitū. Et sic
 tur socrate p[ro]pterea naturalit[er] dimissis
 moralib[us] operā dedisse vt narrat Augu
 stinus de ci. dei cap. iij. Et academicoz quo
 rum p[ri]nceps erāt plato qui & si q. ce
 dedebat aliqd posse sciri negabat ali
 quid scire de nouo hoc est quicquid
 tur ab aliquo diu ante eius astitit
 hanc opinionē platōis noster textus sic
 declarat dicens animā nostrā fuisse crea
 tā cū oibus scientiis & virtutibus de q. ob
 obtinuit qn in corpore infundit in quoz
 recordatione venit p[er] studiū & exercitiū
 hoc aut est falsus nō solū in menone que
 hic ip[s]us allegat: s. nec iⁿ alio ope plato
 nis id reperit. Sicut de p[ri]mā dicitur
 qn fuit creatā habuit ab idea hois ip[s]o
 omnū rex intelligibiliū p[er] quas potest
 in vniuersisq. cognitiōe venire sicut
 nos p[er] specē quā habem[us] de re ablene
 cognitiōe eius formam: sed nihil ad p[ro]
 positum: q. ex hoc non sequit[ur] q. qn a cō
 mus notitiā alicui? rei reminiscamur dō
 non ponat nos ante habuisse illi? rei in
 titiā sed specē. His ergo dimissis quod
 ego inuenio in parte apud dēponēte
 veritate & apud p[ro]hedrone de anima crea
 istam materiam est hoc qd scit[ur] anima
 post separationē a corpore manet. Et p[er]
 tpe quo est separata a corpore nimis p[ro]

est in terra cognitiōe quequidē anima
 iterū infundit in corpore cui? infusio
 nis obtinuit cor q. scitū tēpore quo fuit
 separata in quoz notitiā postea venit p[er]
 exercitiū & studiū & sic dicit ep[isto]la nostrā
 scire eē reminisci. Nō ip[s]i mouēs ad hoc
 vraciabit[ur] in p[ri]mo p[ro]posito.

Quarto notandū est q. iste termi
 nus doctrina supponit p[er] assensu vel in
 dictio alicui? p[ro]positiois cōnotando q. sit
 causata a doctore intellectū discipuli. Et
 iste terminus disciplina supponit p[er] iudicio
 vel assensu alicui? p[ro]positiois cōnotando
 q. recipiat in intellectu discipuli ab ip[s]o
 doctore causata. Et iste terminus doctore
 supponit p[ro] aliquo cōnotando q. alium
 doceat. Aliā docere idē est q. esse causam
 p[ri]ncipale doctrine alterius. Et iste ter
 minus discipulus supponit p[er] aliquo con
 notādo q. ab alio doceat. Et ex capitulo
 p[ri]mo modis. Quo mō importat circum
 stantia termini aliquo quo capit p[ri]mo p[ro]
 p[ro]p[ri]o q. dicitur albu sit ex nigro. Et gualit
 erāt sit ex nigro contrario. Alio mō vt dicit
 circūstantiā cause materialis quo mō ce
 pit p[ro]p[ri]us in eodē libro dices rem natura
 le fieri ex materia. Tertio mō vt dicit cir
 cūstantiā partū integraliū vel quāritā
 tinarū quo mō cepit p[ro]p[ri]us in scdo de aia
 dicens q. hō cōponit ex carnis? neruis.
 Et Quarto mō vt dicit circūstantiā cause
 efficiētis q. mō cepit Aristoteles in libris
 de aiaibus dices. Aia generari ex semi
 ne. Ultimo mō p[ro]t cap[itu]lū vt importat cir
 cūstantiā cause sine qua nō quō d[icitur] scio
 mus volitiōe fieri ex notitia in scdo. Nā
 nihil postum? velle nisi cognitū & a nobis
 & sic notitia alicui? p[ro]p[ri]onit ad volitiō
 nē eius s. nō p[ro]ducit volitiōe totaliter
 nec partialiter v[er]o mō cōcedit ip[s]e for
 mā iⁿstantia iⁿscit[ur] ex dispositioib[us] ma
 terie iⁿ multis locis p[ro]p[ri]us cepit quarto vt
 p[ri]mo mō: & sic sensus p[ro]positiois philo
 sophi est iste. Ois assensus vel oē iudiciū
 alicui? p[ro]positiois qd est in intellectu nō
 fit: id ē causat vel causabat ex p[er]sistente
 cognitiōe: id est ab alia notitia p[re]cedente
 tpe vel natura tanq[ue] a causa efficiētē vt
 tanq[ue] a causa sine qua nō hoc aut p[ro] nā
 ad assensum alicuius p[ro]positiois requit
 ipsa p[ro]positio mentalis aliquo istoz mo
 do: & cum intellectus nullius rei possit

habere notitiā intellectiā nisi prius ha
 buerit eius vel alteri? notitiā sensitiuā
 quequidē notitia sensitiua est cō notitie
 intellectiue aliquo istoz modoz sequit[ur]
 p[ro]positū. Et quo p[ro] p[ro]positio philoso
 phi nō solū h[ab]et v[er]ū de iudicio vel assensu
 intellectus sed etiā de oī notitia iⁿtellecti
 na hoc aut qd d[icitur] q. notitia sensitiua ē cō
 intellectiue aliquo istoz modoz intellectu
 cū d[icitur] intelligi p[er] isto scitū. Et habeat
 a philosopho in libro de sensu & sensata.
 Nihil ē iⁿ intellectu qn p[ri]o fuerit in sensu.
 Sequitur textus.

Manifestum est et cetera.
 Primo notandū est q. aristoteles
 p[ro]p[ri]o p[ro]positionē assumptā tali medio.
 Ois assensus p[ro]positiois dubitabilis vel
 est evidens vel certus vel nō: s. formido
 losus: s. ois talis sicut p[er]sistēte cognitiōe
 ergo p[ro]positū. minor p[ro]bat. Nā assensus
 certus? nō emidēs p[ro]positiois dubitabilis
 causat p[er] experientia vel p[er] demonstratiōe
 hoc est p[er] assensum certū & evidētē p[ri]mā
 scitū & sic talis sit ex p[er]sistēte cognitiōe.
 Si vero est assensus formidolosus talis
 p[ro]t causari p[er] duplex mediū. s. per sillogis
 mū dyalectici vel per inductionē vel ex
 plū. Nā in sillogismo dyalectico vna p[re]
 missari est formidolosa & opinata. Indu
 ctione vna p[re]missari. Verbi causa. Si sic
 arguat. Iste calor ē calefactus: & mō est
 maior: rō de istoz de alio: ergo ois calor
 est calefactus? certus: s. de maiore: sed mā
 nori assensio cū formidolosa: p[ri]mā tū scio ē
 bonā. Alio mō p[ro]t causari p[er] mediū quod
 nō est bona p[ri]mā: s. aliquo mō p[ro]uadet cō
 sequēs. Verbi causa. Si alius veller p[ri]mā de
 re militibus vt fortiter agat in bello sic
 arguēdo. Si fortiter agatis: vos eritis p[ro]
 māt. Nā iste qui fortiter agit fuit p[ri]mā
 tns. Et iste alius q. fortiter agit p[ri]mā: s.
 ergo idē erit vobis. p[ri]mā non valeret
 p[ro]batio aliquo mō p[ro]uadet p[ri]mā. Nā clar
 q. isti habebūt aliquē assensus p[ri]mā. Et
 talis probatio vocat[ur] exercitiū. Jam d[icitur]
 Aristoteles: hoc patet sc[ilicet] q. ois doctrina
 & in scientiis spectantibus. i. in scit[ur]is
 certis & evidētibus. Nā mathematica
 scientia sit p[er]sistente cognitione. Simili
 ter in argumentariis nō: id est p[ro]batio
 bus dyalecticis notitia cōclusionis fit ex
 notitia p[ri]mā. & etiā in p[ro]batioib[us] r[ati]o
 a iij

notitia conclusionis fit ex notitia
premissarum: vel antecedentibus.

Secundo notandum est qd hic innuit

Aristoteles Triplex mediū pbatiū. Prīmū est facies certitudinaliter scire cōclū-
sionem quod est demonstratio. Et qd ma-
thematice sunt certissime scientie: posuit
primo exemplū in mathematicis. **Aliud**
mediū ē facies opinatiue tm̄ cognoscere
cōclūsiōis: s̄ sit bōs p̄na: r̄ tale mediū ē il-
logisimū dialecticis vel inductio quā lo-
gici assensum vocant. Nā i vtroq; istorū
vna pars assens est tm̄ pbabilis r̄ opinā-
bilis. De syllogismo dyalectico p̄. alias
nō esset dyalecticus. De inductione pa-
tet. Nā pro ista particula r̄ sic de singu-
lis (vel pro ista) nō est maior r̄ de vno qd
de alio nō habetur oimoda certitudo de
assensu: cū ille p̄ncipie regulariter sūt opina-
biles: r̄ de eis nō habeat certitudo. Et iā
phūs intelligit de inductione dyalectica:
nō demonstratiua. **Tertius mediū** est qd
faciat opinari q̄s nō est tm̄ bona p̄ntia
sicut est exemplū. Et qd r̄ h̄s p̄ncipie nō vtur
tur alia argumentatiōe ab exemplō: exemplū
cauit **Aristoteles** in r̄thoriciis dicit philo-
sophū. **Exemplū** r̄ enthymema eē syllogis-
mos circa qd verbū nimis insitūt. **Thē-
mista**. **Exemplū**: r̄ **Paul**. frustra tm̄ vno ver-
bo dicitur qd caput ibi. **Aristoteles** syllo-
gismū large pro omni argumentatione.
Quere discriminē iter enthymemate r̄ exem-
plum. **Dico** qd exemplū habet multas pa-
tes i antecedere. **Enthymema** tātm̄ vna
verbi causa si sic arguat iste: igni fuit do-
ctus habuit bonū locū in licētis. **Et** iste
qui fuit doctus habuit bonū locū in li-
cētis: s̄ si ego sū doctus habebō bonū locū
licētis ecce exemplū. **Enthymema** iste qd
fuit doctus habuit bñficiū: s̄ si ego sū doctus
habebō bñficiū: r̄ aduerte qd **Aristoteles**
nō vult dicere qd mathematice scie h̄yat
enthymemate: sed hoc debet intelligi re-
gulariter. **Sed** r̄thorici regulariter vtū-
tur enthymemate: r̄ exemplo.

Sequitur tertus.

Unde dupliciter contingit prece-
gnoscere r̄. Vno qd p̄ assensum r̄ notitia
aliarum propositionum causetur in no-
bis notitia conclusionis. **philosophus**
hāc parte vult ostendere quot sunt notit

tie requisite ad habendum notitiam cō-
clusionis. **Unde** precognitio. idem est
q̄ notitia requisita ad notitiam cōclūsiōis.
Est autē duplex precognitio quid est: et
q̄ est. **Et** precognitio q̄ est: duplex est di-
gnitatis r̄ subiecti. **Precognitio** q̄ est di-
gnitatis idē ē qd assensu maior: r̄ minor
erōnere. **Unde** dignitas in p̄posito capi-
tur pro maiore r̄ minore. **Precognitio** q̄
est subiecti. idē est qd assensu subiectum
supponere mediāte copula sue p̄positio-
nis. **Subiectū** caput pro minore extremitate.
Precognitio qd est: est duplex subie-
cti r̄ passiois. **Passio** accipit pro maiore
extremitate. **Precognitio** qd est subiecti
idē ē qd scire qd subiectū significat. **Et** p̄-
cognitio qd est passiois idē est qd scire qd
maior: extremitas significat.

Sed cōtra hoc arguit. Nā stat qd assen-
sus maior r̄ minor r̄ p̄ncipie hoc qd ego
cogitem: quid aliq̄s terminis significat
vel pro quo supponit. **Et** ego habeo assen-
sum cōclūsiōis eum: ad ipsum cau-
sandum sufficit assensus maioris r̄ mino-
ris r̄ consequētie ergo p̄positum.

Respondetur qd circa istas p̄ro-
gnitiones fuerunt innumerē opiniones
mihi tamen videt esse sic dicendū qd p̄-
cognitio quid est nihil aliud est qd terminū
aliqd significare illi qd scire cōclūsiōis
qd est formare cōceptū vltimariū eius. **Et**
p̄cognitio qd est nihil aliud est qd talē cō-
ceptū supponere in ordine iad copulā ad
quam tenet. **Et** certe ita est qd i ista p̄-
positio est mihi dubia ois hō est r̄sibilis nō
q̄ per istā demonstratiōē oē aīal r̄ōnale
est r̄sibile ois hō est animal r̄ōnale: s̄ om-
nis hō est r̄sibilis ego habebō assensum
illius p̄positionis nisi ille terminus hō
mihi aliqd significet: r̄ ita ille terminus
r̄sibile nec si subiectū nō supponit assen-
sus illius p̄positionis erit scientia: cū illa
p̄positio esset falsa. **Et** ad scientia requir-
rit qd ei subiectū sit verū. **Silr** requiritur
qd assensū maior r̄ minor r̄ cōsequētie.
Cū nihil aliud sit p̄ illā demonstratiōē
habere scientia cōclūsiōis q̄ assensus ma-
ioris minoris r̄ consequētie causare as-
sensum cōclūsiōis. **Alio** modo potest
intelligi qd ad p̄fecto modo sciendum
cōclūsiōē requiritur actmaliter cogno-
scere quid termini significat: r̄ pro quorū

quibus inponuntur assensu p̄missis.
Ita qd talis p̄cognitio modo sit conclusio
nem qd si p̄cedit assentiret p̄missis con-
sequētie r̄ cōclūsiōis. **Ego** tamē credo phi-
losophum habuisse primum sensum.

Et si dicas quocumq; istorū modorū in-
tellectus requirit de passione p̄cognosce-
re quia est: r̄ de dignitate quid est. **Et** de
medio quid est: et quia est.

Respondetur qd verū est sed non
properea philosophus fuit diminitus.
Nā per subiectū nō solū debemus intel-
ligere minorē extremitatē: s̄ etiā mediū
cū in prima figura qd est aprior ad demon-
stratiōē in vna p̄missarum mediū sit
subiectum. **Et** sit subiectū supponat: pas-
sio supponit cū sit terminus conuertibi-
lis scilicet: si alicui alicui p̄positiois ter-
mini sit significatiua tota p̄positio est ei
significatiua cū significatio totū p̄posi-
tiois est significatiōe partium dēpēdeat.
philosophus p̄ponēdo exemplū de dignita-
te posuit istā quodlibet est: vel non est: qd
primum principū: r̄ pro subiecto posuit
vinitatē: qd subiectum est primum conside-
ratū in scientia sicut vinitas est principū
numerū: p̄ passione posuit triangulum:
qd triangulus ē prima figura. **Et** nūc ter-
narū p̄supponit vinitatem sicut passio p̄-
supponit subiectum: vt infra dicitur.

Consequenter philosophus assignat or-
dinem quē habent assensūs maioris mi-
noris r̄ p̄ntie ad assensum cōclūsiōis di-
cens qd stat assensu maior nō assentien-
do cōclūsiōis: sed nō stat assensu maior
r̄ minor r̄ cōsequētie nō assentiendo cō-
clūsiōis. **Cōsequenter** **Aristoteles** soluit
argumentū platonis in menone. **Uñ** ad-
uertendū est menonē fuisse discipulū pla-
tonis r̄ eius noie platonem intrinseca
hūm quē de virtute cōposuit. **Erāt** enim
modus platonis noiare: suos libros vel
noie p̄ceptoris sicut fecit de cratillo: quē
de nominū significatiōe p̄posuit. **Fuit**
auditor cratilli tribus annis r̄ regulari-
ter in omnibus suis operib⁹ in quibus p̄
modū dyalogi procedit socratem loquen-
tem. **Introducit** qui fuit eius p̄ceptoris
p̄ceptor: vt **Angu** narrat in octauo de
ciuitate dicit: vt in operibus platonis ap-
paret assentire. **autem** plato in menone no-
strum scire non esse nisi reminisci ratio
eius est. **Nam** si ego nunq̄ scitū istā for-

tes est vel non est: sequitur qd non assen-
tirem eūq; primo inimente formo menta-
lem et cōrespondentem adducit analo-
giam: si fortes querit seruus quem ātea
nunq̄ cognouit licet habeat ipsum ob-
tinuz non cognoscat qd iste est seruus ei?
ergo eodē mō si ego nunq̄ assentiebā isti
fortes est vel nō est: ego formem menta-
lem ei cōrespondentē ego nō assentia ei.

Respondetur negando sequelam
r̄ ratio est. Nā ad assentiendū isti fortes
est: vel nō est: sufficit formare mentalem
vltimata: qd termini er quibus compo-
nuntur ista mentalis fortes est vel non est
cum intellectu sunt sufficiens causa ad p̄-
ducendum assensum illius fortes est vel
non est sed termini er quibus componit
mētalis vltimata hui⁹ iste est seruus fu-
gitiuus quē quero cū intellectu nō sunt
sufficiens causa ad p̄ducendū assensum
illius. **Et** in eodem libro socrates quem
introducit loquentem r̄ cū menone dia-
spurantem appellauit: quendam puerū
qui ab eo interrogatus per ordinem de
principijs et aliquibus cōclūsiōibus
Geometrie: r̄ **Arithmetice** interrogata
concedebat ex quo volebat inferre illa
prius fuisse scita ab illo puero r̄ per illas
interrogationes puerum venisse in illo-
rū recordationem vbi facit argumentuz
quod philosophus ponit in litera qd in
forma est tale. **Si** esset aliqua p̄positio
quam tu nescis nec sciuisti maxime esset
ista. **Iste** numerus est par demonstrando
duo scuta i bursa mea et later te aliquid
esse in bursa mea sed hoc est falsum cum
tu scias istum numerū esse parē ergo p̄-
positum maior est manifesta r̄ minor p̄-
batur sic bene sequitur. **Tu** scis omnem
dualitatem esse parem. **Sed** iste numer⁹
est dualitas demonstrando illa duo scuta:
ergo tu scis istum numerū esse parem
p̄na tenet in dary⁹ aīs est verū: s̄ r̄ p̄ns.
Dixerunt aliqui qd maior est falsa. **Sed**
tu scis omnem dualitatem quam scis es-
se dualitatem esse parem modo sub illa
subsumendo qd iste numerus est duali-
tas / quem scis esse parem minor est fal-
sa. **Dicit** philosophus qd hoc est falsum
Sed tu scis qd omnis dualitas est par
tam illa nihil addendo subiecto per hāc
demonstrationem proberur. **Omnis**
numerus dimisibilis in duo equalia est:

par. Ois dualitas est hmoi: ergo ois dualitas est par. Tu scis ans esse veru r conlequencia esse bona. ergo scis dñs: esse veru. Iaco dicit Aristoteles distinguendo q tu scias istu niseru ee parē vel in vniuersali veru est vel in particulari falsus est.

Scire aliquid in particulari est habere assensum terminatum ad istud aliter q cu illo assensum non fiat dubitare illud esse verum. Sed

Scire aliquid in vniuersali est as sentire vni propositioni cuius illa est singularis. Unde q scit q omnis ho esse risibilis scit qualiter singularē et q vniuersali. Sed p illius argumēti solutione nō opus est ista philosophia consequentia non est in darq sunt enim multi defecti vt patet ex dictis i sillogismis. Et hec sūt que habet phūs in litera.

Dubitatur primo quid est r quotuplex est notitia.

Dubitatur secūdo an cognita maiore et minore simul tempore cognoscatur conclusio.

Dubitatur vtrū diffinitio evidentie sūme et evidentie naturalis cū solutio ne primi dubii posita sit bene assignata.

Dubitatur quarto quomodo acquiritur fides.

Quinto dubitatur vtrū de re non censata a nobis absente possumus habere evidentiam.

Dubitatur sexto qd est capacitas intellectus et an possit augeri.

Dubitatur septimo an aliqua sincerā veritatē possumus cognoscere.

Dubitatur octavo vtrū omnis doctrina et disciplina fiat ex preexistēte cognitione.

Dubitatur nono et sine pposito vtrū notitia sensitiva fiat in instanti.

Dubitatur decimo quid requiritur r sufficit ad hoc q aliquid sit subiectum attributionis scientie. Et qd est subiectū attributionis libri posteriorum.

Dubitatur vndecimo an notitia distinguitur a cognoscēte.

Dubitatur duodecimo vtrū notitia

in instanti potest a deo conferri sine obiecto et generaliter an deus potest producere se solo notitiam in intellectu nostro salter q intellectus nullo modo active concurrat. Circa preceognitiones nihil mihi videretur esse dicēdū vltra q dicta sunt in explanatione rerum.

Ad primū dubiū respondetur q notitia est qua potentia cognitiua formaliter cognoscit aliqua notitia formaliter cognoscere idem est q illa notitia formaliter proprie representare: et hec diffinitio cōmunit est omni cōceptui categorematico et sincat hec categorematico est est duplex increata et creata increata duplex. Ingenerita et genita. Ingenerita cōmunit est tribus personis. Genita est ipsum verbum dei filius. De quibus notitijs magister et doctores tractant in primo sententiarū. Notitia creata est qua potentia cognitiua creata formaliter cognoscit. Et est duplex sensitiva et intellectiva. Sensitiva est qua sensus sensitivus maliter. Intellectiva est qua intellectus formaliter cognoscit sine humanne sine angelicus. Sensitiva duplex est fallax exterior et interior: secundū q duplex est sensus exterior et interior: de quibus in secūdo de anima tractat Aristoteles. Intellectiva vero duplex est apprehensiva iudicativa. Innotitia apprehensiva est qua aliquid apprehendimus non iudicando ipsum esse vel nō esse sicut est de cōceptu cui subordinatur iste terminus fortis vnde mentali huius papa dormit.

Notitia iudicativa ex quo iudicamus vel assentimus? aliquid esse vel nō esse. Et q talis sit ponenda patet experiri apprehendere forte esse albi qn dubitamus q fortis est albus r tūc formamus notitiā fortis est albus q est mētralis vltima. Postea videndo forte album iudicamus et assentimus q fortis est albus. Et non p illā mētralem fortis est albus cū pntia nō habebam? non iudicādo forte esse albu. Ergo necesse est dicere q alia notitia est de nouo in nobis pducta qua iudicamus forte ee albu. Et adē dīuisione p pposito de notitia sensitiva. Notitia apprehensiva duplex est pplexa r cōplexa. Cōplexa rō duplex cōplexa pplexione dīstīre de idistīre qb? dicitur ē in terminis. Sed

ita iudicativa duplex qd ē assensus p pōnis vere. Quedā est assensus ppositio false. Si primū dupliciter vel est cum iudicādo et sic ē opinio vel sine formidine r hoc dupliciter vel naturaliter causatur vel libere. Si primū est euidētia. Unde euidētia est assensus verus est certus naturaliter causatur. Si rō libere, causatur hoc est cōcurrere actu voluntatis tūc est fides. Unde fides est assensus verus certus libere causatur. Si est assensus ppositio falsus hoc pot esse duplr: vel cū formidine vel sine formidine. Si primū est opinio tū opinio est assensus verus vel falsus cū formidine si sū sic est error. Tū error est assensus falsus sine formidine. et quia omnia ista per sequentia et declaranda r intelligenda veniunt pro primo dubio non amplius.

Ad secūdū dubiū in quo queritur vtrū cognita maiore r minore simul tempore cognoscatur cōclusio. pro eius solutione ponitur talis conclusio. Si aliquid assentiat maiori minori r consequētie simul tempore assentit cōclusioni. hec conclusio probatur auctoritate philosophi in litera et ratione sic. Postis causis naturaliter agentibus non impeditis sed tur effectus eorū. Sed assensus maioris minoris et consequētie cū intellectū sū causis naturaliter agētes et sufficētes respectu assensu cōclusionis ergo ppositū. Dicitur naturaliter agētib? qz de causa libera nō oportet. Dicitur nō impeditis: qz si ipedit nō oportet et pz de lapide que tenes in manu q non dēcedit ppter impedimentū manus hec cōclusio dicit idē in sententia cū quadā regula consequentiarū que talis est si aliquid scit consequentia esse bonā r scit ans esse veruz pñs scit esse verū. Solet addi dū modo non repugnet consequētie sciri de quo inferius futurus est sermo contra quā cōclusionē multia arguitur argumētis aliquibus cōmunitib? r aliquibus specialibus.

Primo arguitur i aliquo casu stat assentire antecedenti et consequentie et non conclusioni igitur conclusio ē falsa. Antecedens probatur ponatur casus cōmunitis sint tria corpora corā re. a. b. c. a in sensibilibus mai? b. salter q per se sensu nō possis indicare. a esse maius: b. sed pre

cise q est ei equale et b. insensibilibus mai? c. pp eadē cam: s. a. fit sensibilibus mai? c. salter q sensu percipere potest. a. esse mai? c. volo q p totā horam pteritū tu assentirebas isti copulatiue. Quēquā sūt eālia vni tertio sunt equalia inter se. a. et. c. sūt equalia vni tertio scilicet. b. r in hoc instā tū primo formes cōpletaz pñaz sic dicēdo g. a. r. c. sunt equalia inter se r a? sic i hoc instāti habes assensum maioris et minoris et consequentie cū sit tibi euidens et non assentis cōclusioni quod patet distēctis ei: ergo nō assentis ei cū nō possis eidē ppositioni simul r semel assentire et distēctis. antecedens probatur: nam sensu peripis. esse maius: ergo pposito. Hoc argumētū est cōmune in hac materia ad qd respondet paul? in sua logica capitulo de scire r dubitare casu admisso negando q assentias anti licet assentias maioris r minoris nā assensus totius antecederis est distinctus ab assensu partiu r tu non habes illū tertiu assensum. hec solutio nulla est nā bene sequitur quilibet pars huius copulatiue est vera: ergo tota copulatiua est vera: sed iste scire toto casu si formaretur istā cōsequētia assentiret ei r anti eius: ergo assentiret cōsequētie. Ad hoc argumētū respondet ipse q ille talis non assentiret consequētie: sed hoc nihil est nā suppono q sciat aliqd in logica: et ex consequenti q sciat ad veritates copulatiue sufficere cuiuslibet partem. Tu in secūdo qz iste distēctis copulatiue assentiret dīuicū et cui contradicit si ad eam aduertit. Tūc fiat ista cōsequētia in mēte eius. aliqua sūt equalia vni tertio r non sunt equalia inter se. vel. a. r. c. nō sūt equalia vni tertio: sed. a. et. c. sunt equalia vni tertio: ergo que sūt equalia vni tertio nō sunt equalia inter se. A tota dīstīctiua cū destructione vni? partis ad ppositionē alteri? assentit antecederi et consequentie: ergo assentit consequētie. Tū tertio. ille tertio assensus si pōndus est causatur ab assensibus partiu copulatiue. Sed iste per totā horā pteritā habuit assensus partiu copulatiue: ergo habuit illum assensum.

Adēo ponitur alia solutio que ē. Sciet hant de hēiens in comēro de scire q dubitare hēntiberi q in illo casu fortis as sentit: anti: s nō p eadē potētiā assentit



maiori per intellectus & non per sensum
minori opposito modo. Unde non est in
conueniens assentire maiori et minori: &
pne & non conclusioni quando non assen-
titur maiori et minori per eandem pote-
riam: hec solutio nulla est nam q primo
sensu assentit minori intellectus et as-
sentit cu non habeat rationem in oppo-
situm. ¶ Tum tertio: quia argumentum
potest fieri de vno angelo vel de anima
separata. ¶ Ideo ponitur tertia solutio
que talis est in primo instanti in quo for-
tes assentit consequentie et dissentit conclu-
sioni per primum non esse corruptum
assensus minoris. Tunc dicitur ad forma
argumenti cui sic arguitur fortes in hoc
instanti assentit maiori et minori. & nego
ista. Quia hoc instans est primum non esse
assensus minoris.

Contra qua solutione sic arguitur
supponatur vnu probabile & a multis co-
cessus quod forte est veru vcz nullu noti-
tia produci vel corrupti secundu se totaz in
instanti cathegoretice & sincathego-
reumatice: qz semper successe in quo sup-
posito sequitur q in hoc instanti est assen-
sus minoris & ex consequenti q secundu
se vel aliquod eius immediate post hoc
erit & sic immediate post hoc assentiet an-
tecedenti et consequentie & non conclu-
sioni imo per totu tempus in quo corru-
per assensus minoris sic corrupi debeat.

**Respondetur q illo supposito si-
cut supponendus est non fiat solutio da-
ta ideo aliter rñdet p aliquas ppñes.**
Prima est toto casu posito et sup-
posito q cause productiue dissensus con-
clusionis sint fortes: ad pducendu dissen-
sentiu illu q assensus maioris minoris co-
sequente sint ad pducedu conclusionis asse-
nti fortes immediate post hoc dissentiet
conclusioni. probatur: qz habebit causas
sufficientem ad producendum dissensus
non impeditam.

Secunda propositio est immediate
post hoc fortes assentiet maiori minori &
consequente & non conclusioni nec hoc e contra
Aristotele nec ptra pbarionem adducta
na assensus ante & pne impedunt a pdu-
ctioe assensus conclusionis a dissensu eius
de conclusionis & a pductina ei q e noti-

tia intuitiva & notitia intuitiva. **¶**
se aut naturalis no agur impedit.
Cōtra hoc sic arguitur volo q sta-
te toto casu fortes forner istam conditio-
nalem si assns hui? bone pne est verum pne
est veru cu sua contradictoria: scz assns hui?
consequente est veru & pne no est veru & ar-
guif sic fortes assentit illi conditionali sup-
pono q sit bon? logice? & dissentit illi co-
pulative q est contradictoria conditionalis
& ipse scit vel assentit q prima paratiue
copulative est vera: & dissentit isti q hoc
pne no est veru vel no: sz assentit non pri-
mu vt piz ergo sz demonstrado semp pne
prime a sequente & vltra assentit pne et
verum et pne falsu ergo no assentit q co-
sequente est bona cōtra cōcessum. Nec
valet dicere q non potest fortes simul et
semel habere tot notitias & aduertere
qz volo q capacitas fortis non sit adhibe-
re & capias vnu aliū q habeat capa-
citate ad oia ista qpono in argumento.

**Respondetur q argumentu est im-
pōibile & in se intrinsecum nullo mo-
do: tñ ad ipsū rñdedo admittit totū cas-
sū & cedo consequenti q fortes assentit
q pne no est veru: & q assns est veru. Et cu
er hoc instans q assentit q consequentia
no est bona: nego consequentia: qz itaz ip-
se assentebat consequentie & ex suppositio
ro assensus consequentie: no pot corrum-
pi in instanti: sed successe ideo ab assen-
su pne pronentit impedimentu ne pducat
itate toto casu assensus huius hec conse-
quentia non est bona.**

Contra hoc sic arguitur ponatur
casus q assensus: qia est maioris minoris
& sequente sint causa ista fortes ad pdu-
cedu assensu conclusionis sicut notitie in-
tuitiue. & z. c. ad pducedu dissensu: et seq-
tur q i illo casu nec habet assensu nec dissen-
su conclusionis sicut si eide passo applicent
agēs calefactiuum & agēs frigidactiuum
vnuquodqz eque actiuū sicut aliud generis
paribus in illo passu nec produceret
nec frigiditas nec caliditas. Tunc sic fac-
ciar fortes istaz consequente. hec consequen-
tia est bona demonstrado semper prima
consequente: & sequens non est verum
ergo antecedens non est veruz forte adu-
bitat assns: qz scda pars e ei dubia: ergo no
dissentit consequenti: ergo non dissentit

no contradictorio: & per consequens no
assentit assns prime consequentie esse veru.
¶ Confirmatur nā in casu posito in re-
plica precedenti si fortes dissentit cōtradi-
ctorio illius cohabitationalis scz iste copu-
lative hec consequente est bona et assns est
veru et consequens no est veru assentit. pri-
me parti & secunde dissentit sequit q assen-
tit ei? contradictorio scz q assns est veru & p
pne non dissentit pnti.

Ad primū respondetur admittē
do q dicit q licet fortes forner istam
conditionalem qua ponis in argumento et
quibet antecedens pro scda parte no seq-
tur q no dissentiat consequenti & ratio e: qz
licet sequatur consequente est bona & co-
sequens est falsum: ergo assns est falsu: & for-
tes assentiat toti antecedenti et pntie no seq-
tur q assentiet pnti propter impedimen-
tum positi nā causa pductina assensus
consequente prime consequente vel huius p-
positionis illud consequens est veru quod
est pne huius prime consequentie est cau-
sa precise eque formati & actina: sicut cā
pductina assensus consequentis vel assen-
sus hui? pne est verum.

**Ad affirmationē dē q fortes no dissen-
tit illi copulative contradictorio pditiona-
lis propter impedimentū quod puenit
ab vtriusqz partis assensu.**


**Ad huc sic arguitur ponat casus q ita sit
principalis solutio dicit et nolo fortes
formare istaz consequentias nec propositio-
nes quas posca in replica posuimus: sz
volo q ipse per totā horā prerisā habuis-
set assensu vtriusqz partis antecedentis q
concomitāt copulatiua & habuisset etiaz
dissensu pntis: & nunqz antea fuit tota co-
sequente cōpleta: nec nūc est nota illarjō-
nis sed immediate post hoc erit et pon-
nūc ita q assensus maioris et minoris
et pne qn erunt simul sit cā maioris acti-
uitatis ad producedu assensum conclusio-
nis q sit causa pductina assensus & eius-
dem dissensus conservatiua: & sequit q
dissensus pntis qui iam est & fuit succes-
sive corruperur simul nunc in primo no
esse eius & sequit q in hoc instanti fortes
assentit maiori & minori: & pne & no con-
clusioni cū alias assensus esset. prodnet
in instanti: tñ ista nihil ipedit pductionē
assensus conclusionis cū no sit ista dissensus**

ei? ergo principalis solutio nulla.
Respondet per propositiones.
Prima est stat assentire a quo & conse-
quente in aliquo instanti i quo no assen-
tit conclusioni & hoc ideo: qz nullū sit ipe
dimet si assensus assns & pne no possunt
agere in instanti.

Scda ppositio est immediate post
hoc fortes assentiet pnti sic no stat assen-
tire assnti et consequentie p tēpus & no conclu-
sioni impedimēto secluso multa alia cir-
ca materiam huius argumenti dicenda
sunt propter illa que implicata sunt in-
ter respondendu q deo dare inferius dia-
centur: qz materia pro primo argumēto
difficilis est multum.

**Scdo principaliter arguit stat as-
sentire maiori & minori & pne & no conclu-
sioni. ergo ppositu. assns pbat ponat cas-
sus q intellectus possit habere decē no-
ticias & no plures. & aliude habeat. septē
& habeat maioris & minoris assensus et
sequit q no possit habere notitia: conclu-
sionis alias haberet vndecim notitias
contra suppositum.**

**Rñdet q hoc argumentum est cōe-
m hac parte sed no eius solutio diceret
aliqu q corruperur vna illarū septē hoc
nihil est nam cause earū pseruatiue pos-
sunt esse: ita fortes sicut assensus maio-
ris minoris: & sequentie ad producedu
conclusionis assensus. ¶ Secūdo assen-
sus conclusionis nullā habet repugnantiā
cū aliqua illarum septē notitiarū: ergo
ppter eius pductionē no debet aliqua il-
larū corruipi. ¶ Ideo aliter dicitur ab ali-
quibus concedendo in illo casu q fortes
habet assensum maioris minoris & con-
sequentie & no habet assensum conclusio-
nis. Sed nihil contra regulam q intelli-
gitur nisi capacitas intellectus sit repleta
cuius oppositu ponitur in casu. ¶ Sed
hec solutio nulla est iō contra eā arguit
sic querendo qñ dicitur supponit q capa-
citas intellectus terminet in decē an sic in-
telligitur q terminetur in decem noti-
tias cuiuscūqz intentionis vel q termine-
tur in decem notitias tante intentionis
declaro hoc. Non idem est dicere prima
& secūdu nā cognitris decem obiecta ni-
mis remisse habeo decē notitias & for-**



ne non erit oēs infēssiois duozū gradū
 & sic clarā est si intellectus possit habere
 notitiā infēssam vt quos poterit habere
 vnde cū notitiā q̄ sit infēsa vni cū ad
 huc nō habebit quos gradus notitiarū:
 h̄git intelligendū est quod ad gradū r nō
 quo ad numerū notitiarū taliter q̄ intel
 lectus possit habere tot notitias q̄ si in
 fēderent essent intensi vt decē r non pos
 sit habere infēssōre notitiā q̄ vt decē r sic
 sic ponat casus q̄ fortis habuerit septē
 notitias (quas ponebas) p totā horā pre
 terita r in hoc instanti habeat assensum
 maioris r minoris r non assentiat p̄ne h̄
 succelline incipit p̄ximū nō esse assenti
 re p̄ne. Et suppono quālibet notitiā quā
 fortis in hoc instanti h̄ esse infēssōis vt
 vni. Ex quo sequit̄ fortē in hoc instanti
 nouē h̄ gradus notitiarū et cū assensus
 p̄ne succelline p̄ducit̄ sequit̄ q̄ nō imme
 diate post hoc habebit vni gradū assen
 sus p̄ne sed an̄ habebit dimidiū q̄ supra
 dimidiū r an̄ habebit quartā partē gra
 dus q̄ dimidiū gradū. Sed q̄n habebit
 quartā partē gradus assensus p̄ne non
 habebit decē in gradus notitiarū q̄ tūc
 potes p̄ducit̄ assensus r p̄ntis in aliqua
 intentione r p̄ p̄ntis r capacitatis intel
 lectus sit finita r terminata non habet q̄
 iter assentire anti r p̄ne r nō cōsequenti.
¶ Tandē illo casu sicut immediate post
 hoc fortis assentiet p̄ne etiā immediate
 post hoc assentiet p̄loni r sicut succelline
 p̄ducit̄ assensus p̄ne ita succelline p̄du
 cet̄ assensus cōclusionis. De capacitate
 tamen intellect⁹ sit r quorūplex est qd̄
 inferius futurus est sermo.

Cōtra hoc sic arguit̄: suppono no
 titiā posse p̄ducit̄ in instanti r intellectu
 ā hoc instanti cū notitiā maioris r mino
 ris habere octo notitias quāz quilibet est
 intēsu vt vni r itā h̄ octo gradus noti
 tiarū volo q̄ in hoc instanti habeat cau
 sam p̄ductiuā assensus p̄ne vt duo r ar
 guit̄ sic illa causa quā volo a p̄ducit̄ as
 sensum p̄sequētie vt duo ergo sine as
 sensu p̄clusionis habebit decē grad⁹ no
 titiarum. Et p̄ sequens nunq̄ habebit
 assensum p̄clusionis illis stantibus.

**Cōfirmat̄ officulter nimis et so
 ratione:** sequit̄ q̄ intellectus p̄t̄ simul et
 semel habere infinitas notitias infinitoz

obiectorū distinctoz sp̄e. p̄ h̄ notitiarū
 esset vt prima pars p̄portionalis vni
 gradu alteri vt scōa alteri vt tertia et
 sic i finitū cū oēs ille notitie non trāscē
 derēt infēssōne vnius grad⁹ r ex solutio
 ne data respiciendū est ad infēssōne r nō
 ad numerū notitiarum.

¶ R̄ndet̄ ad p̄mū admittēdo casus
 p̄cedēdo quō factō ita erit q̄ fortis assen
 tier anti r cōsequētie nō cōsequētie p̄p̄ter
 iā repleta capacitātia. Et si dicas ergo
 stat solutio vltima quā hic ip̄ḡ
 distinguo vel tenēdo notitiā p̄
 duci in instanti negādo vel tenēdo p̄
 se produci in instanti cōcedo deducēdo
 argumētū vbi nunc deducimus.

Cōtra hoc sic arguitur bene sequit̄
 tur in hoc instanti fortis nō assentit cō
 clusioni: ergo nō assentit consequentiā
 p̄obatur cōsequētie. Nā si in hoc instan
 ti assentit p̄sequētie hoc idē ē q̄ h̄z cau
 sam p̄ductiuā assensus cōsequētie. Sed
 etiā in hoc instanti habet causam p̄du
 ctiuā assensus cōsequētis: ergo p̄posi
 tum. q̄ si assentit cōsequētie assentit cō
 sequēti vel nō cōsequenti et cōsequēti.

Respondetur negando cōsequē
 tiā rō est q̄ h̄z in hoc instanti habet fortis
 causas p̄ductiuā assensus p̄ne r m̄p̄loni
 nus cā p̄ductiuā assensus p̄ne p̄ducit̄
 lū assensus: r cā p̄ductiuā assensus p̄ntis
 nō p̄ducit assensū p̄ntis. Rō est: q̄ p̄ntis cū
 p̄rior alia notitia cū effectus eius sit p̄
 cāe p̄ductiue assensus consequētis.

Ad cōfirmationē que est difficilis
 facile esset p̄cedere p̄ns illarum: nec ex
 lo h̄ q̄ intellect⁹ ē finire v̄ntis: q̄ hoc
 apparet absurdū: r oino p̄tra experientia
 aliter p̄t̄ dici. ¶ Pro quo quērit talis ob
 iectū est possibile intellectu h̄re notitiā
 tāte infēssōis circa aliquō obiectū: q̄ h̄z
 set intellect⁹ infēssō cognoscere illud ob
 iectū nihilominus est: dabile aliqd̄ ob
 iectū: qd̄ intellect⁹ nō p̄t̄ app̄hēdere illud
 p̄ia notitia. ¶ Scōdo quērit̄ q̄ intellect⁹
 simul r semel p̄t̄ habere p̄les notitias

¶ Pro solutiōe p̄ne q̄ aduertē qd̄
 p̄sentatio quocūq̄ obiecto potētie cog
 nitue: hoc est obiecto exite presente potē
 tie cognitiue cū rōne obiecti ip̄a potētie

ognitua non patiet̄ aliquā difficultatē
 p̄a immat̄ a tali obiecto: necesse est p̄ce
 dere qd̄ i p̄firmatiōe isert̄. Si h̄o aliqd̄ pa
 tiat̄ difficultatē adhuc ē distinguēdū. vel
 dat̄ certa difficultas quam patit̄ i q̄cūq̄
 mutatiōe: s̄z ceteris parib⁹ p̄l⁹ difficul
 tatē dū isert̄ i mutata q̄ q̄n remissi⁹. si p̄
 m̄p̄loni illoz duoz def. p̄cedēdū est oppositi
 illati in p̄firmatiōe. si vero scōm def. h̄a
 dū est i illo in qd̄ ibi isert̄. iō vidēdū est q̄
 istoz def. dicēdū. Aristo. in. v. meth. tertū
 p̄mēti tertū in q̄rit an̄ difficultas itelligē
 do p̄sentat̄ ex parte rerū. vel ex parte in
 tellectus n̄ri. Et s̄m sanctū Thomā eodē
 lib. lēctionē p̄ia r scotū eodē lib. q̄one
 scōa difficultas puenit ex parte itellec
 tū n̄ri r nō puenit ex parte rerū. Et vt in
 fine vidēbit̄ ex eoz mō declarādi nō ma
 gis puenit difficultas a reb⁹ itellecctis q̄
 ab itellecctū. Ideo p̄ p̄positiones ponaz
 quod mihi vidēt̄ dicēdū esse. quarum

¶ Prima ē nullū obiectū causat̄ dif
 ficulatē itellecctū in ip̄m itelligēdo. Pro
 bat̄ ista p̄positio: q̄z res mundi nata est
 p̄ducere i itellecctū suā notitiā: r itellec
 tus est inspicere talē lēctionē: imo
 ad ip̄a acitue p̄currere: s̄z seq̄t̄ q̄ obiectū
 nullā difficultatē isert̄ itellecctū i ip̄m
 itelligēdo. Ans ab oib⁹ p̄cedit̄: r p̄na p̄ba
 tur. nā q̄n aliqd̄ isert̄ difficultatēz alicui
 potētie: hoc ad est q̄ inclinat̄ ad opposi
 tū nā iō lapsus isert̄ mihi difficultatē ip̄z
 egiendo sursum: q̄ inclinat̄ ad descēdē
 dū deorsum. Ex quo p̄t̄ p̄posi. um r hoc
 generaliter h̄z verum in oibus.

Scōda p̄positio ē q̄ stat cū ista p̄ia
 ma: deūt̄ duo obiecta: quoz vni ē nobis
 alio facili⁹ ad cognoscēdū. Pro cui⁹ sc̄la
 ratiōe notes q̄ illd̄ obiectū d̄r facili⁹ ad
 cognoscēdū: cui⁹ cognitiōne itellecct⁹ p̄t̄
 facili⁹ deuenire talr q̄ ad ei⁹ cognitiōne
 paucaior sufficiūt̄ r requit̄. Et illa q̄ suf
 ficiūt̄ ad ei⁹ cognitiōne facili⁹ possunt a
 nobis haberi fm̄ eozm̄ causas nature. do
 exēplū reb⁹ stantib⁹ vt nūc. facili⁹ nobis
 est habere notitiā intuitiua vni⁹ accitris
 q̄ vni⁹ angelū. Nā visa albedine forma
 mus ei⁹ notitiā intuitiua: s̄z ad formādū
 notitiā intuitiua: angelū requit̄ aīe a corpe
 sepato. Et angelū in rōne obiecti p̄ntatio:
 mō facili⁹ est p̄imū habere q̄ scōdū.

Tertia p̄positio est q̄ stat cū scōdū

da r prima: q̄ si tā accitris q̄ angel⁹ eēnt̄
 itellecctū sufficiēt̄ p̄ntata: eq̄ facili⁹ it
 tellect⁹ p̄t̄ vtrūq̄ cognoscere. Et q̄ p̄z q̄
 difficultas maior: in itelligēdo angelū q̄
 in itelligēdo accidit̄: nec puenit ab. age
 lo (nec ab itellecctū: s̄z aliūde puenit. s̄z
 hoc q̄ itellecctus est imersus materie. Et
 etiā est ip̄tate n̄ra facere q̄ accitris nobis
 p̄ntet̄ in rōne obiecti: r nō d̄ angelo. Et sic
 difficultas puenit a mā: r ab isto scōdo.

¶ Quarta p̄positio est. def. cert⁹ mi
 ner⁹ obiectoz: circa quē itellecct⁹ p̄t̄ ad
 uertere: r nō circa p̄tra obiecta siue itē
 se siue remisse aduertat̄ circa illa. hec p̄
 positio p̄bat̄ p̄im experientia. p̄im rōne vt
 debet q̄ experientia nō cognoscit̄ q̄ cū nobis
 aduertentib⁹ circa aliq̄ obiecta: siue itē
 se siue remisse: q̄ si incipiamus circa vni
 aliud aduertere: aduertim⁹ circa oīa cir
 ca: q̄ aduertebam⁹. Et p̄ rōne adduco tā
 q̄ icōueniēs ad cōfirmatiōne positam

Cōtra hoc sic arguitur. ponam⁹ q̄
 itellecct⁹ possit habere notitiā intēssam.
 vt decē r decē obiectoz habeat notitias
 vniā quāq̄ intēssam. vt dimidiū. r seq̄t̄ q̄
 vndecimū obiectū poterit cognoscere cū
 habita notitia eius itēsa vt vni⁹ adhuc
 nō habebit decē grad⁹ notitiae: r si dicas
 nō iō est q̄ nō p̄t̄ h̄re notitiā vndecimū
 obiecti: q̄ capacitatis est repleta qd̄ ad itē
 sionē h̄z q̄ est repleta qd̄ ad numerū obie
 ctorū cognitorū. Cōtra potētia portatiua
 fortis nō terminat̄ qd̄ ad numerū rez quas
 potest portare: dūmō. ille res nō excedāt
 gravitatē ad quā terminat̄ potētia por
 tatiua fortis. s̄z potētia actiua. intellect⁹
 nō terminat̄ ad aliquē numerū notitiarū
 dūmō ille notitie nō excedāt̄ itē rōne ad
 quā terminat̄ potētia actiua itellecct⁹. Si
 militer potētia actiua ignis nō terminat̄
 ad certū nūerū itellecctū p̄ducibiliū. Nā
 q̄cūq̄ passa applicent̄ igni sc̄lusa resistē
 tia calefiat̄ ab eo: s̄z q̄cūq̄ obiecta applicē
 tur itellecctū: itelligēt̄ ab eo. Si dicas nō
 est sile. Nā ignis agit in passum actione
 transeunte et intellectus actione immu
 nente. hoc est effectus quē ignis p̄ducit̄
 nō recipit̄ in igne. S̄z effect⁹ quē itelles
 ce⁹ p̄ducit̄: s̄z notitia: recipit̄ i itellecctū.
 Sed cōtra capacitatis itellecct⁹ p̄nti
 fina. i. receptiua fm̄ oēs est infinita: hoc ē
 nō repugnat̄ itellecctū infinitas rez vt q̄b:

ates suscipere. ergo illud nō impedit.

z ponamus casum qz in illo instanti sit assensus prime partis vt duo: et assensus secunde partis vt duo. tunc sic arguitur assensus illarum partium nāqz erit fortiores qz tunc sunt: ergo nunqz pducunt intensiorē assensum postqz in instanti pducera possunt: sequentia z z aīs p̄z. nā si postea sint tres gradus assensus secunde partis: et vnius gradus assensus prime partis: totum aggregatum nō erit fortius qz in illo instanti: nec in illo instanti erit fortius qz in aliquo instanti precedenti illius medietatis. quod sic probō. nam quando assensus prime partis erit vt tria: et assensus secunde partis erit vt vnum: tunc precise erunt 109 gradus sicut in instanti medio. ¶ Arguitur non produceretur successe: qz quod nō pducatur in instanti. sic probatur primo. non produceretur in illo instanti in instanti nō hōre: qz in illo non assentimur secunde parti: nec in aliquo instanti sequentium: quia ante quodlibet instans assentiet toti copulatiue. cum nullum sit instans futuruz hinc instanti immediatū igitur. si dicas subito. i. immediate post hoc instans assentiet toti copulatiue: et produceret totus assensus.

Contra hoc si arguit. signet ille assensus et sit vt vni vel vt duo: et arguit sic. Ille assensus pducitur ab aliq̄ assensu prime partis z secunde. igitur nō immediate post hoc pducet. sequentia probat qz non immediate post hoc erit aliq̄ de terminatus assensus secunde partis et aīs probatur. qz omnis assensus habet adequatā causam igitur habeo probatū qz nec subito nec successe nec in instanti pro ducetur. z p̄ p̄ns p̄positum.

Respondetur qz hoc argumentū supposita veritate opinionis contra quā argumentamur. cogit nos ad concedendum qz remissus assensus ppositiois. ali cuius cōcurrere non pōt ad productionē intensioris assensus. ideo dicit qz assensus successe producit assensus vcz qui terminatur ad totā copulatiuā. et cum pducatur qz nō: qz in quocūqz instanti illius hōre est causa tanti vigoris ad producendum: sicut in quocūqz instanti totius hōre. dicitur qz non. qz vnius gradus assensus vnius partis. z tres gradus assen-

sus alterius partis non sunt tanti vigoris sicut duo gradus assensus vtriusqz partis. sed qz improbatū est in secūdo capitulo: vide quid est dicendū ad argumētū. ¶ Ex diebis sequuntur corēlaria. ¶ Primum est qz error et euidētia sunt idem: z assensus est verus: et falsus. p̄z de assensu alicuius copulatiue cuius vna pars est vera: et alia falsa. Ex quo non sequit qz eadem ppositio est vera et falsa. qz vel assensus nō est ppositio. vel si esset ppositio assensus ille. esset ppositio falsa et vna: sicut copulatiua cui⁹ vna pars est vera. z altera est falsa. ¶ Secundū corēlariū est qz quicūqz tenere qz assensus habitus alicuius aīs z p̄ns possit pducere assensum actualiue. cuius assentimus aīti z p̄nti: adhuc esset verū dicere qz illo assensu assentim⁹ p̄nti propter aīs. s; nō sit immediate pducitur ab assensu p̄ntis pducto ab assensu aītiis bñ mediate. et hoc sufficit ad assentiendū aīti z p̄nti. p̄pter aīs. ¶ Tertium corēlariū est qz idem assensus simul et semel est meritorius et demeritorius. nā sit vna copulatiua coposita ex partib⁹ sic se habentibus qz assentire vni parti sit meritorius. assentire alteri parti sit demeritorius ventialiter. i. sic arguit. assensus quo assentim⁹ toti copulatiue respectu secunde partis ē demeritorius. dicit ventialiter qz si assentire secunde parti esset demeritorius mortaliter: tunc assentire prime parti non esset meritorius. cū mortaliter demereri nō possit esse cū gratia: que requiritur ad merendū. ¶ Quartū corēlariū. sequitur qz duo assensus opinantū respectu eiusdem obiecti sunt incōpossibiles adinmicē. hoc patet. capiat ista copulatiua. hō est aial et hō currit. z habet fortes euidētia p̄ntis prime partis z opinionē secunde: z plato habet vtriusqz partis opinionem: sit assensus totius. copulatiue quem habet fortes a: z assensus totius copulatiue quem habet plato b: a: et b: sunt incōpossibiles qz respectu eiusdem partis. vnius est enidētia z alius opinio: z tñ respectu alteri⁹ partis quibet illoz est opinio. igitur. ¶ Ad secundam opinionem venio: qz sic fundat in vnicō assensu assentiremus copulatiue cū ois assensus sit ppositio: et aliqua copulatiua cui assentim⁹ habeat vna partem affirmatiuā et aliā negatiuā vna

particularē et aliā vlem. sequeret qz eadē ppositio naturaliter pprie signis est vltis et indefinita affirmatiua et negatiua. p̄z de assensu quo assentiremus qz deus est: et nullus hō est aīnus. nā si p̄ illū assensum toti copulatiue et cui libet parti assentiremus: ille assensus representat hōminē esse aial: per p̄ns esset affirmatiua indefinita: similiter representet nullum hominē esse aīnū. z si sic esset negatiua e vltis. et sic habet ppositū. igitur. hoc argumentum non concludit: si illatū est incōueniens est s̄ ipm. nā capio assensum quo assentio isti dysfunctionē: fortes currit vel fortes nō currit. qz quilibet partēz duobito per te ille assensus est ppositio z nō cathogorica. vt facile est pbare. ergo h̄y pothetica distiunctiue. z sic p̄ illā apprehēdo hoc. totū fortē currere vel fortēz non currere. z p̄ p̄ns p̄ ipsum apprehēdo fortēz currere. z sic est affirmatiua: z etiaz p̄ ipsum apprehēdo fortēz non currere. qz nō aīs potest pbare qz assensus quo. assentio toti isti copulatiue: homo est aial: et nullus hō est aīnus: sit ppositio affirmatiua: nisi quia per ipsum apprehēdo hōiem esse aial. qz ad hoc qz sit affirmatiua nihil potest p̄ ipsum apprehēdere nullum hōiem esse aīnū. imo videtur qz p̄ns ipeditur. eodē modo probat qz ille assensus totius distiunctiue sit ppositio: negatiua. qz per ipm. apprehēdimus fortēz non currere igitur hoc argumentum concludit contra istū doctozē. Sic respondēdo ad suum argumentum dico qz ille assensus quo assentimus toti copulatiue: cui⁹ vna pars est affirmatiua z alia negatiua: vel non est ppositio. vel dato qz sit ppositio: est ppositio affirmatiua copulatiua: licet significet negatiue partialiter: nec est alicuius quantitatatis. qz nō est cathogorica. ¶ Tñ de illo assensu dicendū est sicut de ista copulatiua: hō est aial: et nullus homo est aīnus. vñ si argumentum aliquid valeret: idē pbare de illa copulatiua. Rursus vnicō assensu assentimus toti rationali. Similiter iste doctoz. concedit prima disti. p̄m: qz habitus diligens deum inclinat ad diligendum creaturam: ergo idē ē habit⁹ diligēdi deū z creaturam. z per p̄ns idē pōt ēē actus. Idem est dicendum de pmissis et cōditione: ideo non vdeo qualiter dicitur

etiam solent: et dicta eius sicut et deus scit qualiter ipse et actor prime opinionis se declarant. Et sic patet ad primū dubiū.
Ad secundū dubiū respondet qd oīs de demonstratio qd propter quid specie differunt qd sic probat. qd vel eadez est vtriusqz demonstratio conclusio: vel premissa vnius est conclusio alterius. si primū sequit qd habet diuersa antecedētia: qd si eadez est conclusio: idē esset assensu/esset eadē demonstratio igit. si secundū necessariū est qd aliquid sit pars vnius qd non est pars alterius sit nec fm aliqd in specie secundū nā sumptis istis vniuersis demōstrationibus/omne aīal rōnale est risibile: omnis hō est animal rōnale: ergo omnis homo est risibilis. et ista oīs homo est risibilis: omne animal rōnale est homo: ergo omne animal rōnale est risibile: ly et qd vnit inter partes aītis vnius differt specie a ly et qd vnit inter partes alterius: qd ista premissa omne aīal rōnale est hō: differt specie a qualibet pmissa prime demonstrationis. idē potest dici de ly et ergo igit quelibet demōstratio ppter qd differt specie a qualibet demōstratione qd que probat causam per affectus. et hic capimus demōstrationē pro aggregato ex premissis et cōclusionē: cū nota illationis: qd si caperet pro antecedente/nōtum est vnam demōstrationem ab alia differre specie. **Ad tertiu dubiū** in quo queritur an scientia propter quid et certitia qd est de eadē cōclusionē differūt specie. dicit qd de hoc due fuerūt opinioēs. prima opinio dicit qd nō. secūda parrem tenet negatiuā. prima opinio sic fundatur. Capiatur assensus huius/omnis hō est risibilis. causatus per assensu huius/omnis hō ridet. et assensus eiusdē causatus per assensu huius/omne animal rōnale est risibilis: sunt illi duo assensus a/et b/ et arguit sic. Si a/et b/ differūt specie/ideo esset qd a causis diuersarū specierū produceretur: scilicet ab assensibus istarum/omnis homo ridet: et omne animal rōnale est risibile. Sed sic est qd illa nō est sufficientis ratio ad probandū diuersitatē specificam inter aliquos effectus. igitur a/et b/ non differūt specie. maior patet. qd arguitur procedēdo nō apparet alia ratio a/et b/ specie differre. qd nō ex parte obiectoꝝ: cū idē sit obiectū. minor: pro

batnr de calore a sole producto: et de calore ab igne pducto. sunt eiusdem speciei cause specie differūt: s; calores specie differunt: fm qd tenet conciliatorū differentia secūda. sed hoc nō est disputādum in proposito. **Confirmatur**. sequeretur qd Adam primus homo et Abel filius eius non fuissent eiusdē speciei. qd falsum est. et sequela probatur. nam pducebantur a causis specie differentibus. primus enim homo a solo deo/et Abel a patre et matre eius: deo cōcurrente. dubiū tñ est verum mater actiue se habeat in generatione. Beatus Thomas negat et Scotus concedit. nobis tñ impertinet est. qd siue sine non: ad minus pater cōcurreret ad generationem eius. hac opinione impugnata et argumētis solutis alia ponit et argumētis solutis postea sanior eligit. **Contra primam solutionē** arguitur sic. sequeretur qd scientia et opinio respectu eiusdē propositionis essent eiusdē speciei. qñs est falsus: ergo et assensu. falsitas assensu probat. qd tunc certitia et opinio respectu eiusdē propositionis nō cōtrariarentur adinuicē: sed in eodē intellectu si mul se cōpaterentur. et sequela probatur qd nulla indiuidua eiusdē speciei cōtrariantur. qñam principalē probō. qd si differūt specie: vel esset qd obiecta specie differūt: vel qd producerent a causis diuersarū specierum. nō primum: qd obiectū est idē in numero vel in specie. et secundū non sufficit per te ad diuersitatē specificā. igitur. maior probat. qd non videtur vnde aliūde differant. igit. Respondetur negando maiorē. et ad probationē negat maior. et cum queris aliūde differunt: dico qd penes hoc qd notitia scientifica clare sum obiectum representat: et per ipam euidenter et clare assentimus. notitia aut opinatiua nō clare representat: nec per ipsam clare assentimus. et sic penes claritatē vnius et obscuritatē alterius: penes certitudinem vnius et formidīnē alterius argumentatur illas specie differre.

Cōtra hoc sic arguitur. ad minus habeo qd assensus vnius ppositionis eiusdē propositionis differens essent eiusdem speciei qñ sunt eque clari. qñ est falsum: ergo et assensu. consequētia probatur: qd exēplū ponam. qd fortis currat cōtra

ne: et habet naturalem euidentia qd ipse currit: et in sequenti hora quiescat: in qua euidenter dissentia ista/fortis currit: eque clare sicut assentiebā primo. probō iaz qd assensus que habeo de ista forte currit: et dissentus quem habeo sunt eiusdem speciei. qd non differunt specie ex parte obiectoꝝ: qd est idē obiectum. nec differūt specie ex parte claritatis: cū ex casu eque clare dissentia in hora sequenti illi fortis currit/ sicut et assentio in hora presenti. et cum esse a diuersis causis nō sit sufficientis ratio probatiua qd sint diuersarum specierum: sequet qd sint eiusdem speciei. qd fuit probandū. **Respondetur** qd assensus et dissentus eiusdē propositionis specie differunt. et ad probationē dico qd nō differunt specie penes claritatem. qd clarus assentimus per assensu qd dissentimus per dissentum. supposito qd eque clare dissentiam sicut assentiam. sed sic differunt penes modū per ipsos cognoscendū: nam per assensu assentio: et per dissentum dissentio. Ex dictis habemus duos modos quibus cognoscere possumus diuersitatem specificā aliquarū notitiarū. primum attenditur penes claritatē notitie. Secūdu attenditur penes modum cognoscendū: adherendo vel dissentiendo.

Secundo principaliter sic arguitur. sequeretur ex opinione qd notitia intuitiua albedinis et notitia intuitiua nigredinis non differant specie. qñs constat esse falsum qd tūc nulle notitie spē differēt. cuius oppositū inferius ostendā. igit. sequela probat. qd si specie differāt/ hoc idē esset qd a causis diuersarū specierū produceretur. s; ab albedine et nigredine: sed hoc per te non sufficit. igit. pro solutione arguamini.

Notādum est qd tripliciter aliquę notitie possunt esse a causis specie differentibus: vel tanqz ab obiectis/vel tanqz a potentijs: vel neutro modo. Exēplum primum: notitia intuitiua albedinis et nigredinis sunt produce ab albedine et nigredine: tanqz ab obiectis. Exēplū secundū: notitia intuitiua albedinis que est in forte et in vno angelo sunt pduce ab intellectu fortis et illius angeli tanqz a potentijs. Exēplū tertiu: assensus premissarum producunt assensu cōclusionis

non tanqz obiecta eius: nec tanqz potentia. Tunc pono propositiones: quarum prima est: quando cūqz aliquę notitie producuntur a causis diuersarū specierum tanqz ab obiectis: ille notitie specie differunt: probatur. qd potētie distinguuntur per actus et actus per obiecta iij. de anima.

Secunda propositio est. si notitie producuntur a diuersis causis in specie tanqz a potentijs. potest esse dubiū an semp notitie spē differāt. et apparet qd sic. nam si ab equali distantia vnius angelus intueatur obiectum: et vnius homo notitia angeli erit clarior: qñ notitia hominis cum sit perspicacioris ingenij: ergo notitia angeli et hoīs de a/ specie differunt. s; quādo ita esset hoc non esset quia specie differunt sed qd vna notitia potest producere euidentiorē assensu qñ alia. Et si dicas: si ille notitie non differunt specie: nō possunt producere assensu illos quorum vnus esset clarior: alio: ergo tandem oportet venire ad hoc qd specie differūt: quia producuntur a causis specie differentibus. Respondetur negando qñam: et ratio est: qd licet nos arguamus illos assensus specie differre propter eorum diuersitatem in claritate: et illam diuersitatem inferamus ex suis causis: non tñ sequitur qd ista qñam est bona: cause specie differunt: ergo effectus specie differunt vnde ly sit aliqui effectus exigentes causas specie differentes non propterea illa cōsequētia est bona.

Tertia propositio est. non oportet notitias productas a causis specie differentibus: non tanqz ab obiectis nec potentijs specie differre. iam ad formam argumenti dicit negando maiorē. et ad probationē distinguo maiorē. vel qd producerentur a causis differentibus specie pmo modo concedo: vel tertio modo. nego: et tunc qñam non valet.

Contra hoc sic arguitur in generatione vniuersa opinio est argumentum iste cause differunt specie: ergo effectus earum differunt specie. Nā si cause differunt specie cū in generatione vniuersa effectus est eiusdē speciei cū sua causa: ergo effectus differunt specie: ergo male dicit qd ex diuersitate specificā causarū nō ly in-

forte diuersitate specificam inter effectus.
Respondetur concedendo ans ne
 gando consequentiam. nam in causis vni-
 uocis valeat ille modus arguendi non
 propterea sequitur quod in omnibus causis vni-
 uocis siue equiuocis valeat. sed est falsa
 conclusio. unde experientia et demonstratio
 alicuius conclusionis equiuoce et non vni-
 uoce sunt causa unde generaliter omni nota-
 tia productionis alicuius notitie est causa equi-
 uoca respectu eius: cum nulla notitia potest
 producere notitiam eiusdem speciei secum.
 aliter esset qualitas actiua. et sic essent plu-
 res qualitates actiue quae quatuor. sed de
 hoc non est circa.

Tertio principaliter sic arguitur.
 sumptis alienis. premissarum demonstra-
 tionis quae est et demonstratio propter
 quid. verum est dicere de eis quod possunt pro-
 ducere assensus diuersarum rationum. igitur
 opinio falsa. ans probat. nam si a causis di-
 uersarum rationum potest puenire effectus
 eiusdem rationis: a fortiori ab eis puenire
 potest effectus diuersarum rationum. igitur probatur.
 quod si possunt producere effectus diuer-
 sarum rationum. vel est respectu eiusdem
 propositionis vel diuersarum propositionum.
 si primum. propositum si secundum. nihil est
 dicendum. nam idem assensus numerocurrit
 ad productionem diuersorum effectuum in spe-
 cie respectu diuersarum propositionum. hoc
 patet capiendo eandem propositionem pro ante et
 diuersas propositiones. quod dicitur ab eis
 quae dicitur. forte dices. forte quod possunt pro-
 ducere effectus diuersarum specierum: sed non
 assensus. possunt enim producere suas si-
 militudines in anima quae sunt differunt.

Contra hoc sic arguitur. sunt notitiae
 et assensus diuersarum specierum possunt
 producere effectus speciei distinctos: ergo
 enatio nulla. ans potest probari sicut
 probatum est ans principale. et igitur patet:
 quod tales assensus premissarum demonstra-
 tionis quae est et propter quid: etiam produ-
 cent suas similitudines in anima et si non essent
 assensus et notitiae. igitur. ideo nunc

Respondetur simpliciter negando
 quod assensus premissarum demonstrationis
 quae est et propter quid: possunt diuersos effe-
 ctus producere respectu eiusdem conclusionis
 sed sunt diuersarum specierum assensus et
 notitiae et non respicio ad solutionem quam

arguendo tetigisti videlicet quod respectu
 diuersarum conclusionum possunt producere
 assensus speciei differetes quod assensus
 propositionis hoc conuenit nec volo dis-
 cere quod sufficit quod producat similitudines
 cum hoc non pronentur et eo quod sunt notitiae et
 assensus speciei differetes sed et diuersi-
 tate qualitativa. **C**ontra hoc sic arguitur
 et multum apparet non dantur in
 rebus naturalibus alique cause speciei
 differetes quin effectus specificae diuer-
 sos producant ergo nec in assensibus et no-
 titiis iudicariis dabitur. alique qualita-
 tates quin assensus diuersarum specierum
 producant: ans patet discurrendo per natu-
 rales causas si solus calor possit producere ca-
 lores specificae idem per se potest in ae-
 re alique producere qui a calore produci
 non potest scilicet lumen et multos alios
 effectus in rebus animatis idem inueniuntur.
 igitur probatur si ergo non habes pro inco-
 ueniente quod nulle sunt cause in rebus cor-
 poralibus specificae diuersae quin produ-
 cere possint effectus diuersarum specierum et
 tamen in assensibus intellectiuis dant assen-
 sus diuersarum specierum qui non possunt
 assensus specificae differetes producere di-
 cetur pari forma et tanta ratione tibi quod licet
 in rebus naturalibus corporeis dantur
 cause specificae differetes idem in
 catione effectus producentes non tamen hoc
 in spiritualibus qualitatibus inueniri po-
 test nec aliquid per te dici potest quin idem
 pro me patrocineretur. Respondetur quod hoc
 argumentum habet aliquam apparentiam
 et non videtur quid aliud dici possit nisi quod
 supra dicebat. vix quod satis est quod possunt pro-
 ducere aliquos effectus differetes spe et
 hoc est verum de his similitudinibus: sed hoc
 aliquo modo inerebat inter arguendum.

Contra principaliter sic arguitur si opi-
 nio esset vera. sequeretur quod contrarie cau-
 se eiusdem speciei producerent effectus. igitur
 est falsum. ergo et ans: igitur probatur et fiat
 hec argumentatio. omne animal rationale
 est risibile omnis homo animal rationale. ergo
 omnis homo est risibilis. habet forte
 opinionem maioris et eidentiam minoris et
 plato habet eidentiam maioris et opi-
 nionem minoris et eidentiam. quae habet
 plato de maiori sit eque clara sicut euiden-
 tia quae habet fortes de minore: et opinio
 quam habet plato de minore tante for-

midinis precise sicut opinio: quae habet
 fortes de maiore tunc sit arguo assensus
 maioris et minoris in forte et assensus ma-
 ioris et minoris in plarone. producatur as-
 sensus huius omnis homo est risibilis eiusdem
 speciei et sunt assensus contrarii igitur: ma-
 ior patet: quod non est dabilis alia ratio quare
 assensus ille maioris et minoris in forte et
 in plarone non producant assensum eius-
 dem speciei nisi quod speciei differunt sed illa
 non est sufficiens ratio per te. igitur: maior
 patet: quod obiectum est idem et nullus illo-
 rarius assentit sed alius nec formidolo-
 sus: igitur minor: principalis argumentum
 probatur: nam si assensus premissarum
 qui sunt in forte et assensus premissarum
 qui sunt in plarone essent in eodem seque-
 retur quod opinio et eidentia respectu eius-
 dem obiecti essent in eodem quod est falsum
 et sequela probatur per casum inter arguen-
 dum posito quod ante consequens sit falsum
 videlicet quod cause contrarie producant effe-
 ctus eiusdem speciei apparet ita manife-
 stum quod probatione non eget: sed probatur
 primo. in naturalibus enim videmus causas
 contrarias generare effectus de frigore et
 caliditate. et si alique sicut albedo et nigre-
 do quae producant alios non contrarias
 cum simul et semel aliquis albedinem nigre-
 dine videat nisi tamen dantur contrarie cau-
 se effectus eiusdem speciei producentes quod
 tunc eadem ratione diceret quod actus contra-
 rii possunt producere habitus eiusdem spe-
 cie. similiter habitus contrarii actus eius-
 dem speciei producere possunt quod nullus
 credo sane mentis concedere vellet vel de-
 beret. igitur respondetur per propositiones.
Prima est aliqua causa totalis producit
 effectus diuersarum specierum: patet de deo
 qui se solo potest producere effectus di-
 uersarum specierum.

Secunda propositio est aliqua causa crea-
 ta respectu eiusdem obiecti potest produ-
 cere effectus diuersarum specierum patet
 de voluntate quod respectu eiusdem obiecti
 potest producere vellet et nolle si ad hoc quod
 voluntas respectu alicuius obiecti eliciat
 motionem requiritur quod ipsum apprehen-
 dat sub ratione mali et ad hoc quod eliciat
 vellet respectu eius quod ipsum apprehen-
 dat sub ratione boni non est presentis
 disputationis.

Tertia propositio est aliqua causa creata

naturaliter agens respectu eiusdem obiecti
 et producit effectus specificae diuersos
 patet de potentia intellectiva quae habet
 naturam abstractiuam et intuitiuam for-
 tis quaequid notitiae speciei differunt sed
 tam intellectus quod voluntas sunt cause
 partiales talium actuum nam cum intelle-
 ctu concurrat obiectum vel aliquid aliud et
 cum voluntate obiectum volit vel nolit cog-
 nitio per Augustinum nihil volitum nisi
 cognitum sed hoc concedo cum Scoto fal-
 sum ad minus secundum aliquos.
Quarta propositio est. cause contrarie
 producit effectus non contrarios: patet
 albedo et nigredo sunt qualitates contra-
 riae: producant effectus non contrarios. scilicet
 species in medium in eadem parte medij
 sunt species albedinis et nigredinis sed
 ista quarta propositio assumitur dubij vi-
 delicet quod species sunt ponende et falsum
 est secundum doctorem cuius opinionem defen-
 samus qui negat species esse ponendas
 sed propositio verificari potest ut inter alia
 quaedam dicebatur de visione albedinis
 et nigredinis cum idem oculus simul et
 semel videat albedinem et nigredinem sed
 licet albedo et nigredo producant visio-
 nes non contrarias non tamen eiusdem
 speciei.

Quinta propositio est qualitates con-
 trarie effectus producere possunt eiusdem
 speciei forsum et copulatiue nescio dare
 analogiam in naturalibus nisi dicas fri-
 gus aliqua de albare et calore etiam sed
 tunc nec calor et frigus sunt totales cau-
 se nec cetera sunt paria ex parte passiu-
 erit sic patet quid dicendum est argumen-
 tum vel oportet dicere quod assensus pro-
 ducti per illas argumentationes in forte
 et plarone non sunt eiusdem speciei et
 causa est: non quia producantur a causa
 speciei differetibus sed quia producan-
 tur a causis contrariis quicquid sit argu-
 mentum est bonum et ad rem ex dictis se-
 quitur quod aliquis effectus potest intendi
 per aliquod impossibile siue cause hec
 propositio probatur nam assensus illius
 conclusionis potest intendi per assensus
 premissarum eiusdem speciei cum pre-
 missis quae sunt in forte et tamen assensus talium
 premissarum sunt in coposibiles assensibus
 premissarum qui sunt in plarone. secundo
 sequitur si renouamus assensum conclusio-

nis non posse esse sine assensu premissa-
rum a quo pducitur q dantur duo assen-
sus eiusdem speciei incōpossibiles pro-
batur. nā assensus cōclusionis q est i for-
te nō pōt esse cū assensu eiusdē cōclūsiōis
q est in platonē: q tunc assensus pmissa-
rū que sunt in forte z assensus premissaz
que sunt in platonē essent simul sed istud
correlariū qz conditionaliter ponitur be-
ne stat cū primo lz conditio posita a par-
te antecedentis repugnat primo correla-
rio: ex quo tertio sequitur qz secundū illā
opinionē cōcedendū est qz assensus con-
clusionis pducitur ab assensibz pmissaz
pōt esse sine assensibus illarū premissaz
vel concedere oportet q aliqua duo indi-
uidua eiusdē speciei sint incōpossibilia
z sic concederetur qz facta ista distinctio
non esset magnū inconueniens vide-
licet dupliciter aliqua sunt incōpossibi-
lia vel ex parte suaz naturarū z sic dico
q nulla individua eiusdē speciei sunt in-
cōpossibilia: alio modo ex parte suarum
causaz qñ effectus non possunt effici sine
suis causis z cause repugnat adinuicem
z isto secundo mō diceretur q non est in-
conueniens duo individua speciei eius-
dē cōpossibilitatem habere. Quarto se-
quitur qz concedentes assensus cōclūsi-
ōis sine assensu premissarū eē nō pōt esse
hāc opinionem defendentes tenentur cō-
cedere aliquē incōpossibilem inter in-
diuidua eiusdem speciei.

**¶ Quinto principaliter arguitur sic si opi-
nō esset vera sequeretur qz contingeret
circulariter demonstrare ad sensū in quo
Tri. iij. cap. superius negant vel negare
tenebatur vt ibi sua ratio pbanit qñam
probo faciat fortes hāc cōsequētiam oē
rationale est risibile: omnis hō ē animal
rōnale: ergo omnis hō est risibilis z. a. sit
aūs z pñs vocetur. b. assensus. a. causat in
eo assensum. b. postea faciat vnā pñam in
qua antecedens sit. b. z pñs. a. z arguitur
sic assensus. b. pducit assensum. a. ergo p
bant probandū: aūs p3 quia assensus. b.
natus est producere assensum. a. quia si
fortes non assentiret. a. b. producere as-
sensum. a. sed itaz non impeditur: g assen-
sus. b. pducit assensum. a. minor p3 qz
si sic impeditur ab assensu. a. lz hoc est
falsum: qz assensus ipsius. a. qui natus ē
produci ab assensu. b. est eiusdem speciei**

cum assensu quez iam habet fortes de. a.
qz si nō ideo eēt quia produceretur a cau-
sis specificis diuersis non enim apparet
vñ aliunde fortes differant sed per te hoc
nō sufficit ad hoc q spā differant: g pro-
positum. pñā patet qz nullum individū
vnus speciei ipedit pductionē alterius
dū sit eo intensus ne dicas nos cōtradi-
cere philosopho in primo de generatione
dicente simile in dissimile nō agere. Re-
sponderetur qz tora vnū argumentū stat in
ista ppōne assensus. b. pducit assensum.
in forte quā nego. z ad probationem cō-
cedo qz assensus. b. natus est producere as-
sensum. a. sed impeditur tunc ab assensu
quē fortes habet de. a. z cū pbas opposi-
tū: qz assensus. a. qui natus est produci
per assensum. b. est eiusdem speciei cuius
assensu quē fortes habet de. a. hāc nego.
z ad probationē qñ queris vñ specie dif-
ferant dico qz non inde: qz a causis specie
differentibus producitur: sed qz assen-
sus quē fortes h3 de. a. clarior est qz assen-
sus. a. natus est producere per assensum. b. qz
sūrem vnus sit clarior alio ex dictis i pu-
mo capi. norum euadet.

**¶ Contra hoc sic arguitur assensus. a. nō
est clarior assensu. b. ergo solutio nūmā.
aūs patet: qz a causis specie differentibz
pducunt sed illa nō est cā per te: g itur.
Respondet negando aūs z ad probatio-
nem dicitur qz illa nō est cā: sed qz assen-
sus. b. est pducitur ab assensu. a. z ppter
vnūquodqz tale zc. contra non inconue-
nit vnū effectū eē ita intensū sicut est sua
causa p3 de calore vt octo pducunt calo-
rē vt octo: g nec inconuenit qz sit eque cla-
rus. Responderetur qz aūs est verū de ali-
qua cā vnūca sed. nō de cā equiuoca lz
de hoc magis dicitur est superius in secū-
do cap. ex quo p3 qz scdm istam opinionē
concedendum est qz impossibile est eque
intendē que clare assentire conclusioni z
premissis.**

**¶ Secro principaliter arguitur si opinio
esset vera sequeretur qz aliqua simul z
melidē ppositiōni assentiret euidenter z
non euidentē. pñs est falsū: qz hoc non est
minus incōueniens eidē formidolose sic
euidentē assentire qd negat ab opināte:
sequela probatur sit. a. ppositio vera ad
quam probandū habet forte duo me-
dia quibz eque firmiter assentiat z eque**

indubitanter z vñ sit medium verum z
aliud falsum potens tñ esse verum itaz sic
arguo illa duo media productū ab assen-
sus ipsius. a. z assensus productus a
medio vero est euidentia z assensus pdu-
ctus a medio falsigrāpho non est euide-
tia: igit. minor p3 per definitionē euiden-
tie z maior pbatur nā illa duo media na-
ta sunt producere assensus eiusdē specie
qz si illū mediū esset verū sicut potest eē
verū produceret assensum eiusdem spe-
ciei cū assensu producto a medio vero: sed
mediū esse falsū non impedit ne produ-
cat assensū quāle produceret si eēt verū:
ergo ppositū. Responderetur per ppositi-
ōnes. Prima est illa duo media pducūt
assensus eiusdē speciei. hanc ppositiō-
nē probasti arguendo. Secunda ppō est:
possibile est eidē ppositiōi p assensum
euidentē assentire z eidem per assensum
ineuidentem assentire dum modo inueni-
entia proueniat ex sophisticatione me-
diū. hanc similiter probasti z forte opposi-
ta opinio tenetur eam cōcedere. Tertia
ppō est impossibile est eidē ppositiōni
p assensum euidentē z assensū ineuidentem
assentire dum modo inuenientia
proueniat ex formidolose assensus vel falsi-
tate obiecti naturaliter loquor: z insolui-
bilia excludo z ex hoc patet ad formam
argumenti.

**¶ Septimo sic arguit. dantur duo assen-
sus eiusdē obiecti vnus pducitur per de-
monstrationē alius per experientia spe-
cie differentes: g opinio falsa. Probatio
aūs. sit. a. assensus huius luna est lecti-
psabilis cātus p demonstrationem. z. b.
assensus eiusdem obiecti causatus p ex-
perientiam eiusdē speciei cuius. a. assensu.
Tunc sit. dabilis est aliqua experientia
causatus assensus euidentis eiusdē ob-
iecti nō tñ eque fortis sicut prima cū non
omnes experientie ad idem pbādū sint
eque fortes sit igit ille assensus. c. Et ar-
guitur sic. c. z. a. sunt assensus eiusdē ob-
iecti. a. cātus p demonstrationē z. c. per ex-
perientia z specie differūt: igit. pbario mi-
noris. Supponam qz pnt eque intēsi as-
sentire z cū hoc q vnus sit magis euidēs
alio z sint eiusdem obiecti non est: dicēdū
qz sunt eiusdem speciei: quia cum termi-
netur ad idem obiectum z sunt eque in-
tensū si essent eiusdē speciei non apparet**

quare vnū esset alio euidentior. Respon-
deretur qz illi assensus speciei differunt nec
opinio vult dicere qz omnis assensus ali-
cuius obiecti sit eiusdem speciei cum as-
sensu eiusdē obiecti causato p demonstrā-
tionē nisi illi assensus sint eque clari vt
eque formidolosi. Unde vis illius opinio-
nis in hoc stat qz stat cōsequētia nō va-
let: cāe specie differūt ergo effectus specie
differunt: qz si cetera sunt paria ex pte as-
sensu aūs est verū z pñs falsum.

**¶ Sequitur opinio secūda p qua ponit
talis conclusio: oēs assensus a causis spe-
cie differentibus producti specie differūt
hec cōclusio probari pnt argumētis factis
contra primam opinionem: z auctoritate
philosophi dicitis qz scientia propter qd
z quia est differunt vltimo: capitulo hu-
ius primi tractatus.**

**¶ Contra quam opinionēz arguitur pū
mo argumētis factis fundando primā
opinionē. ad quoz pūmū responderetur
qz licet in causis naturalibus nō valeat
talis pñā isti effectus pducuntur a cau-
sis specie differentibus: ergo specie diffe-
runt in qualitibz anime bñ valet. z qñ
queris dicitur dico tibi qz non est incō-
ueniens quod illud sit se habeat in spiri-
tualibus vnō in corporalibus sicut nō
est inconueniens qz dantur tres qualita-
tes spirituales non simul se comparten-
tes quarum nulle due repugnat licet in
naturalibus nūqz dent tales qualita-
tes quarum nulle due repugnat ad cō-
firmationē dico qz nō est inconueniens qz
causae specie differentes producant ef-
fectus eiusdem speciei quando altera ea-
rum est infinita sicut contingit in casu
argumenti.**

**¶ Secundo principaliter sic arguitur. si
opinio esset vera sequeretur qz nūqz habi-
tus inclinaret ad similes actus a quibz
pducitur. consequens est contra diffi-
nitionem habitus: ergo aūs. sequela p-
batur. nam actus scientificus ab assensu
premissarum productus differt specie ab
assensu scientifico ad cuius productionē
concurrit habitus: ergo assensus scienti-
ficus sine habitu productus est assensus
scientificus ab habitu productus specie
differunt cum producantur a causis spe-
cie differentibus: ergo sequitur nūqz ha-
bitum inclinare ad similes actus a quibz**

est productus q̄si concedere velis philo-
sophos oēs moraliter loquentes nega-
re sequit̄ ista conclusio q̄ si in forte p̄ ali-
quē sc̄mz succellere productur aliquis
habēt in quolibet instanti tēporis produ-
ctionis fortes habet actū specificē diuer-
sum a quocunq̄ actu ab eo prius habito
quo nihil naturaliter impossibilis. r̄ seq̄-
lam probō. nā supposito quod superius
diximus q̄ quicunq̄s actus sine interm̄s
sine remissus sufficit p̄ducere aliquē ha-
bitum tā verum est dicere q̄ in quolibet
instanti illius hōre h̄z actū fortes adque
in illo instanti cōcurrit, aliquis habitus
qui nō concurreret nec similis in specie
secū ad productionē actus quē fortes ha-
buit in aliquo instanti p̄terito illi? t̄pis
v̄ calculant̄ p̄z igitur propositum.

¶ Responderur q̄ argumentum bene p̄-
bat non esse concedendum primū illatū
ideo dicit̄ negando p̄mā r̄ ad p̄bationē
nego actū scientificū sine habitu produ-
cto, specie differre ab actu scientifico per
habitum productū r̄ ad p̄bationem cau-
sē differat̄ specie ego concedo ergo r̄ effe-
ctus nego p̄sequentis q̄n̄ cause inde spe-
cie differant̄ effectus specie diuersos gi-
gnunt̄ non in p̄posito p̄terue: respōdeo
hoc puenire ex natura habitus q̄ est ad
producentū actus similes illis a quibus
est p̄duc̄? h̄c possunt multa argumenta
fieri de notitis iudicariis r̄ apprehē-
sionis que p̄pter breuitatē r̄ tēporis angu-
stia differūt ceterz h̄nc inde argumēt̄ r̄
ipugnatioib⁹ v̄s̄is p̄me opinio adherēq̄.

¶ Dubitatur tertio an prima figura ma-
thē faciat scire.
¶ Dubitatur quarto v̄rsū sciētē mathe-
maticē sint certiores alii. Ad tertiū dicit̄
ur per talē cōclusionem prima figura: r̄
primus eius modus aptiores sunt ad de-
monstrationē q̄ aliqua alia figura r̄ ali-
quis alius modus conclusio h̄c sic p̄ba-
tur illa figura r̄ ille modus aptiores sint
ad demonstrationem que sunt euidētio-
res: sed sic est de prima figura r̄ eius pri-
mo modo: igitur maior p̄z: q̄ demonstra-
tio facit scire: ergo euidētior figura r̄ eui-
dentior modus plus deferunt ad de-
monstrationem q̄ aliquis alius modus
minozem probat philoso. primo a signo:
quia mathematicē scientie que sunt cer-
tiores scientie v̄: untur prima figura et

eius primo modo regulariter igit. postea
tres adducit rationes: prima est: quia
Omnes demonstrationes affirmatiue p̄-
pter quid r̄ positissime sunt in prima figu-
ra. secunda est: perfectius facit scire pri-
mus modus prime figure q̄ aliquis alius
primo quia in tali modo possumus con-
cludere definitionem de diffinitio: et in
nullo alio: ergo primus modus prime fi-
gure aptior est ad demonstrandum. p̄na
pater: quia tunc res perfecta scitur cum
eius diffinitio cognoscitur: alia ratio est:
quia primus modus prime figure nō p̄-
batur euidens per reductionem ad aliū
modum a p̄terito sed alij modi probantur
euidēt̄ p̄ reductionē ad primū modum.
¶ Ad tertium dubium responderur vna
distinctione supposita quimultipliciter ali-
qua scientia dicitur certior alia. vno mo-
do quia res de quibus considerant̄ ma-
gis a contingentia recedunt quoquides
modo theologia est scientiarum certissi-
ma: q̄ in ea de deo principaliter agitur q̄
res necessaria est: quo quidem modo ser-
uocinales scientie non sunt multum cer-
te cum tractent de rebus multa contin-
gentibus. Secundo modo quando eius
principia sunt euidētiora ex quo p̄z q̄
scientia cuius principia sunt euidētiora
principiū est certissimā: cū talia sit metaphy-
sequit̄ q̄ ipsa est certissima modo theolo-
gia nostra nō est certa non q̄ habeat for-
midinem quia nulla scientia annexa for-
midinē habet sed q̄ articuli fidei qui sūt
ei? p̄ncipia nō sunt nobis euidēt̄ noti.
¶ Tertio modo: q̄ pauciores relinquit
dubitatioēs hoc est quia plura docet de
rebus quibus considerat̄ quo quidē mo-
do talis sciētia est certior: q̄ partialis v̄n
de demonstratione plura docet tota lo-
gica q̄ liber posteriorum. iij. modo q̄
facilius acquiri potest. r̄ quinto modo q̄
per euidētiores cōsequēntias procedit
tunc dicitur q̄ primis tribus modis ma-
thematicē scientie nō sunt certiores nec
iij. modo quo ad omnia mathematica
alia sed bene quo ad aliqua sed bene que
to modo vt p̄z per literam philosophi.
¶ Contra hoc sic arguitur illa sciētia est
certior: cuius principia sunt falsa sed sic
est de mathematica igitur maior est cla-
ra r̄ minozem probō. nam ista sunt duo
principia mathematicē scientie omne

Dubio

rum est maior sua parte r̄ sic ab equali-
bus quanti talibus vel propositionibus
equalia demas que remanent sunt equa-
liar ista sunt falsa igitur. de primo proba-
tur primo ly sua parte distribuitur: ergo
sensus est omne totum qualibet sua par-
te est maior q̄ parte esse falsum nullum
est totū maior sua materia similiter nul-
lus homo est maior sua anima cum ani-
ma non sit p̄na nec magna materia etiā
est ita magna sicut illud cuius est pars
cum tantum occupet locum. similiter ca-
su posito q̄ digitus fortis in duobus lo-
cis ponatur r̄ in vno rarefiat ad maiorē
quantitatem q̄ est fortis in loco vbi est
sic arguitur ille digit⁹ fortis est pars for-
tis r̄ maior forte igitur. de secundo pro-
batur nā sit a proportio inter octo r̄ qua-
tuor: r̄ b. inter sex r̄ t̄. Jam sic arguitur.
a. r̄ b. sunt equales proportionēs r̄ tamē
ab eis equalibus demptis remanentia
non sunt equalia. nam deponantur duo
ab octo r̄ duo a sex proportio manebit ser-
ua quatuor r̄ proportio quatuor ad tria: s̄
ille proportionēs non sūt equalēs quia
proportio sex ad quatuor est sex: quia al-
tera r̄ quatuor ad tria sex q̄ tertia cōstat
q̄ ille non sunt equalēs proportionēs igitur
ad primū dicitur q̄ intelligit de p̄-
te quantitatis r̄ non essentiali.
¶ Responderur ad aliud q̄ multipliciter
principiū illud intelligitur naturaliter
r̄ non supernaturaliter. secundo dico q̄
digitus ille est maior forte: r̄ ad probatio-
nem: q̄ fortis vbi est precise est pedalis
quantitatis r̄ digitus tripedalis vt sup-
pono: ergo digitus est maior. nego maio-
rem immo fortes in illo casu est quadru-
pedalis si dicas q̄ non q̄ nullibi ē qua-
drupedalis: ergo non est r̄ c. nego conse-
quentiam instantia est. primo de corpore
quatuor pedum in vacuo posito pro ar-
gumento tamen posito dico q̄ sufficit q̄
fortes sit quatuor pedum in ista locis de-
monstrando locum vbi est totus fortis
locus vbi est digitus eius r̄ si dicas for-
tes est maior suo loco contra philosophū
iij. phisicorum dedi casum contra philo-
sophum ex quo non est inconueniēs ali-
quid contra cū sequi. secundo dico q̄ for-
tes non est maior suo loco vel locis. Se-
cundo principaliter ad argumentum di-
co q̄ principium illud sic intelligitur om-

ne totum est maior sua parte r̄ quilibet
pars est minor suo toto loco vbi ē pars
eius modo digitus ille vbi est: tripedalis
non est pars fortis nec valeat dicere q̄ ille
locus in duobus locis ponat q̄ secludat
illud vel intelligatur de imaginario.
¶ Ad secundum principale dicitur q̄ in
cipium v̄n sic intelligitur: si ab equalib⁹
magnitudinib⁹ equalēs magnitudines
demant̄ r̄ si ab equalibus numeris: equa-
les numeri tollantur equalēs numeri re-
manēt r̄ sic ab equalib⁹? p̄positioib⁹ arif. equa-
les p̄portioib⁹ geometrice: equalēs p̄por-
tioēs geometrice tollant̄ equalēs p̄portio-
nes geometrice remanēt. v̄n tu nō tollis
ab. a. r̄ b. equalēs p̄portioēs geometrice s̄z
arithmetice. r̄ a. r̄ b. sunt equalēs p̄portio-
nes geometrice vnde ad tollendum ab
a. r̄ a. b. equalēs p̄portioēs geometri-
ce oportet tollere ab omnibus quatuor
terminis. exempli gratia si ab octo tollā-
tur duo r̄ a. quatuor: tollatur vnum. r̄ a.
sex tollantur duo r̄ a tribus vnum iam
tolluntur equalēs p̄portioēs: q̄ ab. a
tollitur. proportio duoz ad vnum r̄ equa-
lis proportio tollatur. a. b. r̄ remanēt p̄-
portio sex ad tria r̄ quatuor ad duo qua-
rum quilibet est proportio dupla. r̄ sic p̄z
ad argumentum r̄ per consequēs ad pri-
mū dubium quinto dubitatur quali-
ter primū principium ingrediatur de-
monstrationem ad quartum.
¶ Responderur q̄ dupliciter aliquid in-
greditur demonstrationem formaliter
vel virtualiter ingrediuntur formaliter
demonstrationem partes eius sicut p̄e-
misse r̄ conclusio quozum quolibet voca-
tur principij demonstrationis: ab Arif.
vnum in demonstrabile scilicet p̄misse
in demonstratione propter quid et porif
sima aliud demonstrabile scilicet: conclu-
sio in quolibet demonstratione: virtuali-
ter: tripliciter aliqui ingrediuntur demon-
strationem. vno modo dicimus istam p̄-
positionem omne animal rationale est ri-
sibile ingrediuntur in demonstrationē om-
nis homo est risibile: fortes est homo: er-
go fortes est risibile: quia maior probat̄
per illas. Alio modo q̄ illud sic se h̄z
q̄ si est falsū demonstratio nō haberet vi-
gorem tunc pono propositiones primū
principij formaliter non ingreditur de-
monstrationem si istud est primū princi-

pñ quodlibet est vel non est: quia hec nō
 est demonstratio quodlibet est vel nō est
 fortes est: ergo fortes est vel non est: cum
 conclusio sit per se nota. nec si ista sit pri-
 mū principii quodlibet est vel aliquid
 non est et ex hoc sequitur qd primū prin-
 cipii non ingrediatur demonstrationem
 primo modo: sed bene tertio modo: nam si
 primū principii esset falsum oppositum
 consequētia staret cū antecedente et sic
 demonstratio nihil probaret et sic p3 ad
 quartum dubium. ¶ Dubium quarto
utrum evidentia et invidentia se compa-
riantur admittit. Pro cuius dubij decla-
 ratione advertendū est qd formaliter vel
 virtualiter in dubio assumpto tria que-
 rimus. Primum utrum evidentia et opi-
 nio se cōparantur. Secundū utrius scien-
 tia et fides se cōparantur. Tertium utrius fi-
 des et opinio se cōparantur. et dubium
 dupliciter intelligitur vñ respectu eiusdē
 intellectus vel respectu diversorum intel-
 lectus. si secundū questio difficultas ē non
 habet: clarū enim est qd dū vnus opinat.
 a. propositionē: alius scit eā: et alius cre-
 dit eā si primo modo intelligatur dupli-
 citer vel eam eiusdem propositionis vel
 diversarū. si secundū etiā difficultas ē nul-
 la clarū em est qd aliquis dnm scit vñ p
 positionē opinatur aliā et credit aliā. si
 primū dupliciter vel eodē loco vñ di-
 versis respectu eiusdē propositionis vnino-
 ce sumpte vel equivoce sumpte. si secundū
 idem est ac si esset respectu diversarū pro-
 positionū si primū dupliciter vel in eodē
 loco vel in diversis locis. si secundū dicen-
 dū est qd sic si fortes ponatur Parisius et
 Rome stat ipsum rome opinari. a. et Pa-
 risius scire. a. et hoc tenendo opinionem
 nominalium sed si teneremus imaginati-
 onem doctoris subtilis. Idem esset de
 anima in vno loco et in diversis posita. si
 primum due sunt aduersę opiniones ali-
 quibus dicentibus qd sic aliquibus qd nō
 nos autem more solito vramq; disputa-
 bimus et in fine sanior eligatur. Pro pri-
 me opinionis declaratione ponuntur
 tres propositiones. quarū prima est stat
 eadem propositioni euidenter assentire et
 invidenter assentire. ¶ Secunda pro-
positio non est possibile per eundem as-
sentium euidenter assentire et in eiden-

ter eidem propositioni. ¶ Tertia propo-
sitio est qd assentire euidenter per vnum
assentium et invidenter per alium nō est
inconueniens ista propositio sic persua-
detur non est inconueniens operari cū
lingua et operari sine lingua aliquis em
loquitur et scribit: loquitur cū lingua et
scribit sine lingua ergo eodem modo nō
crit inconueniens euidenter assentire p
euidentiam et opinari per opinionem.
 ¶ Contra istas opinionem sic arguitur
 si opinio esset vera sequeretur qd natura
 liter idem corpus posset esse album et ni-
 grum consequens est falsum: qd tunc ter
 mini contrarij verificaretur de eodē cō-
 tra philosophū in post. predicamētis. igitur
 antecedens in sequela probatur naz
 scit possibile est per euidentiam assenti-
 re euidenter et per opinionem formido-
 lose eidem propositioni. Ita autem pos-
 sibile qd idem corpus albedine sit album
 et nigredine nigrus. ¶ Secūdo sic argui-
tur sequeretur qd nulle qualitates spiri-
tuales cōtrariarentur ad inuicem quod
est falsum sequela probatur: qd si aliq
cōtrariarentur maxime essent scientia et
opinio respectu eiusdem propositionis.
 ¶ Tertio sic arguitur sequeretur qd ha-
bitus oppositi se cōpararentur in eodem
vicium et virtus odium et dilectio quod
non est dicendum.
 ¶ Quarto sic arguitur auctoritate apo-
stoli dicētis de cōcedentibus fide et spe ma-
nebit sola charitas et hoc non aliunde et
se potest nisi: quia beatus habebit clarā
dei visionē cum qua nō se cōparat obscu-
ra notitia qualis est fides et licet hec ar-
gumenta aliquantulum militent cōtra opi-
nionem non tamen demonstratiue eam
falsam concludunt. Ad primum dicitur
qd non est simile: qd albedo et nigredo cō-
trariantur s3 non scientia et opinio et sicut
eidem propositioni possumus euidenter
per euidentiam assentire et per opinionem
invidētē. Ita idem corpus per albedi-
nē est album et per dulcedinē dulce. Ad
secundū dicitur negadō sequela cū antecē-
dis pbatione assensus et dissensus respec-
tu eiusdē contrariantur et non scientia et
opinio hoc ideo: quia si aliquis assenti-
ret ei dissentiret eidē formaliter et vel equi-
valenter assentiret sic esse et non sic esse qd

Non esset possibile sed qd h3 scientiam et
 opinionem respectu eiusdem propositionis
 per vramq; esse assentit. Ad tertium
 dicitur qd habitus scientificus et opi-
 natiuus simul se cōparantur sed non
 habitus vñ et virtus quia illi cōtrariā-
 tur nec dilectio et odium volo alicui be-
 ne esse et non bene esse. Ad quartū dicit
 aliqui qd auctoritas apostoli intelligitur
 quo ad actus spei et fidei s3 nō quo ad ha-
 bitū. Et si dicas frustra anima beata ha-
 bebit illos habitus si non debet inclina-
 ri per ipsos ad actus negatur sequela: qd
 sunt ei ornamentū sed argumentū: cur-
 rit de actu quare non manet actus fidei
 si ē compossibilis clare visioni ad hoc di-
 cetur: anima deus non vult qd maneat ac-
 tus fidei cum clara visione et hoc ideo:
 quia status beatorum perfectissimus est
 iuxta dictum boetij quinto de consolati-
 one: beatitudo est status omnium bono-
 rum aggregatione perfectus. et qd noti-
 tia fidei obscura est et enigmatica vult de-
 us beatorum notitiā imperfectā habere et
 cet sic responderi potest ad argumen-
 ta facta contra istam opinionē: et non cre-
 do. Ideo secunda ponitur opinio pro cu-
 ius declaratione. Notandum est qd qua-
 drupliciter scientia et opinio possunt cō-
 parari vel actus ad actū vel habitus ad
 habitum vel actus ad habitum et eōtra
 et ad hoc conformiter quatuor pono con-
 clusiones quarū prima est scientia actus
 et opinio actus non se cōparantur ad
